BSB Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

Münster, Sebastian

Mâšíah Messias Christianorvm Et Iudaeorum Hebraicè & Latinè

Basileae 1539

Polem. 1914
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194262-9
VD16 M 6720

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

Palem.
1914.



ExElectorali Bibliotheca
Serenis.rum Vtriusq; Bauariæ
Ducum.

<366141831600l7

<366141831600l7

Bayer. Staatsbibliothek

10194262

Th. Sol.
N= 626.

10194262



MESSIAS

CHRISTIANORVM ET Iudæorum Hebraicè & Latinè.

SEBAST. MVNSTERVS.

Describitur in hoc libro ex prophetis Christus totius mundi uerus ſaluator: & item laruatus ille Iudæorum Meſchias, qui à gente illa in hunc uſq; diem fruſtrà expectatur.

Videbis lector, quàm portentoſæ & abſurdæ de Chriſto opiniones ſint apud hanc excœcatam gentem, & quàm uiolenter ſacram interpretentur ſcripturam.

BASILEAE APVD HENRICVM PETRVM.

10194262

Bayerische
Staatsbibliothek
München

CLARISSI
O ATQVE HVMANIS
simo uiro, Iohanni Domin. à Panizoni- bus, Cæsareo ad Heluetios lega- to, Sebast. Munsterus
S. D.

POstquam semel nomen dedi hebraismo, ornatissi me uir, eidemq; totis uiri- bus incumbere cœpi, per petuum mihi fuit cum ex cœcatis Iudeis dissidium. Nam uersan ti mihi à triginta fere annis in hunc usque diem inter gentis illius scripto- res, nullibi nõ occurrunt calumniæ & iniurię Christianis, hoc est, pijs auri- bus intollerabiles, quibus uel lacerant deprauant & falso interpretantur scri- pturas, potissimum prophetas, quos etiam renitentes in suum reprobũ & peruersum trahunt sensum, uel lacess- sunt conspuuntq;, haud secus quam o-

lim patres eorum, Christum saluato-
rem nostrum, atq; nos Christifideles,
tam glorioſi capitis membra, usque a-
deò conceptum imò innatum contra
Christum uirus in miseris illis homi-
nibus sæuit & in rabiem eos agit, ut e-
tiam spes non sit reuellendi illius plus
quam Vatiniani odij, quibusuis cõtra
eos utaris argumẽtis & irrefragabilib.
scripturę testimonijs, nisi Christus i-
pse potenter suam contra eos exerat
uim, ut quondam diuo Paulo Christia
norum persecutori fecit, aut sua beni-
gnitate corda eorum saxea permul-
ceat, rigidam ceruicem frãgat, animos-
què horrendis tenebris inuolutos il-
lustret. Tentauimus quidem sępe & e-
go & pręceptor meus D. Chonradus.
Pellicanus inire cum illis certamẽ, sed
frustra. Experti nimirum quam uerum
sit illud Paulinum dictum: Nihil facit,
qui plantat aut qui rigat, nisi deus in-
crementum dederit. In publicis tamen
libris abstinent à Christi nostri blaspe-
mijs

miſis, cauentq; ne crabrones iritent & prouocẽt cõtra ſe magiſtratũ, experti quid paſſim patres eorũ ob contumelias Chriſto illatas à Chriſtianis ſint perpeſſi: in priuatis aũt libris acuunt ingenium ſuum in odium Chriſti, quales ego nonnullos conſecutus ſum, & ex illis motus occaſionemq; nactus, ſuperioribus annis annotationes ſcripſi in Mattheum, & iam hunc ædidi dialogũ. Dici nequit quã horrenda cõuitia autor libri יְצְחוֹן conijciat in ſeruatorem noſtrum, qui ex profeſſo contra omnia ſancta noſtra uirulento animo ſcripſit, ac deinde quàm libere Iudæi hodie inter Chriſtianos commorantes uenenatam ſuam linguam exerãt, blaſphemaq; uerba effutiant, nõ ſemel audiuimus ab illis inter quos habitant, ut merito homines illi perfidi extra Chriſtianorum fines eliminãdi eſſent, niſi ſaluator ipſe generationem illam incredulam uiuere uoluiſſet uſq; ad conſummationem ſeculi, idquè fidelibus ſuis in

in exemplum, & ut omnia quę dictan
te ſpiritu ſancto in ſcriptura ſunt ex/
preſſa impleantur. Peſſime itaq; ſenti/
unt de Chriſto ſaluatore noſtro. Porro
quid de Meſchia ſuo, quem ex ſcriptu.
ra deſcribunt aut potius fingunt, ſenti
ant, quàm abſurdas, impias, ſtultas &
carnales opiniones, carnalis ille Iſraël
ex prophetis falſo collegerit, abunde,
oſtendam in libello iſto, in quo potio/
ra argumenta Iudęorum, quę contra
Chriſtianos ex ſcriptura colligunt, pro
ducam, & rurſum quę nos contra illos
habemus argumenta, inconcuſſa, fir/
ma & irrefragabilia prophetarum ora
cula illis obĳciam, quin & ſuo ipſorũ
gladio interdum illos confodiam, cer/
uicemq; duram iugulabo, oſtendens
quam fruſtra expectent alium Meſchi
am, cuius aduentus etiam priſcorum
Rabbinorum teſtimonio in hoc uſque
tempus prolongari non potuit, quan/
tumlibet unus hunc terminum & alius
alium ex ſcriptura aſſignare conatus
fuerit

fuerit. Et hunc libellum tibi, uir celebe
rime, in ſignum initę amicitię dedico,
ſperans, hoc meum qualecũcꝙ in te ſtu
dium tibi non ingratum fore, quippe
qui ob tuam eximiam eruditionem &
ſingularem qua ab imperatore prędi-
tus es autoritatem, idoneus huic no
ſtro libello patronus eſſe uiſus fueris.
Nec dubito, humanitatem tuam, qua
te ex doctiſſimis literis tuis ſingulari-
ter adornatum uideo, boni conſulturã
quod tuo hic patrocinio uti uolui, te-
ſtaturus eadem opera propenſam ani-
mi in te mei uoluntatem, qua lõge ma
iori officio demereri te cupiam ſi ſeſe
offerat occaſio. Nec debebit hæc nun-
cupatio tibi obſcura aut aliena uideri,
quod Legato Cęſaris inſcribo libellũ
theologicum. Chriſtianus es, Doctus
es, atqꝙ Cęſaris fungeris legatione, &
omnibus his nominibus dignus es
hac inſcriptione, id quod tibi metiẽdũ
relinquo. At ais, hebraice ſcripſiſti li-
bellum tuum, non autem omnes te-

nent hebraicã linguam. Verum, ob id latinam adieci interpretationem, ut omnibus pateat qualem Christiani habeant Meschiam & qualem Iudæi expectẽt. Vale uir humanissime, & hanc audaciam meam boni æquique facito. Basileæ Calendis Iulij, anno nati Meschię M. D. XXXIX. mense Iulio.

CHRISTI

ANI HOMINIS CVM PERTI-

naci Iudæo disceptatio, autore Se-

bast. Munstero.

CHRISTIANVS

NVm uir ille, qui uenit in occursum meum est Iudæus? Certe facies & forma eius produnt hominem. Scio quid agam: Salutabo eum hebraice, & facile sciam an Iudæus sit aut non. Si est Iudæus, respondebit Iudaicè, sin Iudæus non fuerit, tacebit nesciens quid loquar. Schalom lecha Iehudi: Salue Iudæe.

Iudæus.

Veschalom lecha: Salue & tu. Vtrum tu me nosti quod iudæus sum, & quod sic hebraicè mecum loqueris? Numquid & tu Iudæus es & unus ex populo nostro?

Christianus.

Non ſum Iudęus nęq; ſum de populo tuo, ſed nec tui noticiã habeo, exforma autem faciei tuę cognoui te eſſe Iudęum. Siquidem eſt uobis Iudęis peculiaris quędam facici imago diuerſa à reliquorum mortalium forma & figura, quæ res ſępe in admirationem me duxit. Eſtis enim uos nigri & deformes, & minime albicantes more reliquorum hominum.

Iudæus.

Mirum eſt, ſi deformes ſumus, cur uos Chriſtiani adeo amatis mulieres noſtras, illęq; pulchriores uobis ueſtris appareant.

Chriſtianus.

Mulieres quidem ueſtrę pulchriores ſunt uiris, at uos perditiſſime ſeducitis eas.

Iudæus.

Imò nos cum ſimus populus dei electus & peculium eius, pulchriores ſumus cunctis nationibus terrę, quemadmodum ſcriptum habetur in Daniele, quod facies puerorum iudaicorum erant

erant elegantiores & corpulentiores o/
mnibus reliquis pueris. Sic & Iose/
phus historicus scriptum reliquit, quod
Pompeius admiratus fuerit, dixeritq;:
Beata gens illa, in qua tam pulchri in/
ueniuntur homines. Vides populum
nostrum testimonio scripturarum ele/
gantis esse formæ & nequaquam de/
formem ut uos asseritis, id quod fructi
bus ipsis uobis probari poterit. Nam
sunt plerique fructus, qui in ipso flore
sunt albi, & cum uenerint ad maturita
tem nigrescunt: quales sunt brabyla &
pruna. Qui autem in flore rubescunt,
ij ubi maturuerint albescunt, ut sunt
poma atq; persica. Et hæc exempli gra
tia sint dicta. Israelitæ qui à sanguine
menstruo immunes sunt, non haben
in sui primordio ullam rubedinis gut/
tam: at gentes quę non horrent immũ
diciam illam nec abstinẽt a mulieribus
tempore quo abstinenndũ est, illę in sui
primordio cõtrahunt rubedinem quã
dam, atq; ob id fructus eorum, nempe
liberi, sunt albi. Accedit & hoc, quod
inue/

inuerecundę gentes interdiu dant o-
peram liberis procreandis, intuenturq; imagines & formas pulchras & instar earum generant filios. Quale quid & à Iacob in Genesi factum legimus, ubi dicitur: Et conceperunt oues cum uenissent ad potandum &c. *Christianus.*

Male respondent exempla tua propositę rei. Nam Isahac uir rectus, iustus & timens deum, recedensque à malo, genuit filium suum primogenitum rufum & non album. Quin & Dauid filius Isai fuit rufus, habens oculos pulchros. Et quando subijcis, uos esse pulchriores omnib. populis, id falsum comprobatur nostro tempore, quãdo nec unus ex mille in gente uestra inuenitur, qui pulchro sit aspectu, cuius rationem noueris esse, quod amplius nõ estis peculium dei & populus dilectus sed magis estis abominatio in oculis eius atq; fœtor in naribus eius: quapropter & ille reliquit uos, ut uagi obãbuletis ueluti oues quę sunt sine pastore, & nullo in loco certa uobis est mãsio.

Iudę-

Iudæus.

Video te rem tuã agere conuitijs & probris, ut communiter ſoletis agere nobiſcum. Non legiſti quid ſcripſerit de nobis Iſaias, nempe: Aliena eſt ab homine effigies eius, & forma eius diſſimilis eſt filijs hominum. Diſſimiles ſumus hominibus propter multas tribulationes & opprobria quę ſuſtinemus à gentibus inter quas diſperſi ſumus.

Chriſtianus.

Nondum mihi dixiſti, cur mulieres in uobis pulchriores ſint uiris, & non tam facile ut uiri agnoſcantur.

Iudæus

Quod uos Chriſtiani eas non afficiatis tot opprobrijs ſicut uiros. Deinde nos adornamus quoque eas cultu eleganti, quatenus gratiam in oculis ueſtris inueniant, et nos per eas obtineamus quod uolumus, nobiſq; bene ſit propter eas, & uiuat anima noſtra gratia earum inter gentes: ſicut ſcriptum eſt: Abrahamo autem bene uſi ſunt, p-

pter

pter Sarai, quod illa mulier esset elegã ti aspectu. At pudet me loqui tecum in publico, in conspectu tranſeuntium & redeuntium. Si libet ueni mecum in cœnaculum, & ibi colloquemur amplius de his rebus.

Christianus.

Vade & sequar te: nam habeo adhuc multa in corde, quę loquar ad te. Et iã quidem multo tempore non sum ingressus ullius Iudęi domum. Quid designat circulus ille albus, quem uideo descriptum in parietibus, per circuitũ cœnaculi tui, habens hanc inscriptionem, hutz lilith, ideſt, mane extra tu lilith.

Iudæus.

Nos hoc circulo arcemus dęmonẽ, ne ingrediatur & noceat infanti recens nato. Nam aiũt Rabbini nostri, Lilith esse spectrum quoddam, habens formam abortiui, nati ex impuro partu, excepto quod alas habet.

Christianus.

Mira mihi refers, sed perge & narra mihi

mihi quid amplius magiſtri ueſtri de hac re ſcribant.

Iudæus.

Faciam. Noueris itaq; ſapientes noſtros ſic ſentire, quod Adam primus parens genuerit dæmones, ſpiritus & ſpectra. Et tu quidẽ cogeris ire in ſententiam eorum, quandoquidem non inueniamus creaturas iſtas in numero reliquorum operum creationis. Multi autem ex iſtis habent corpus & animam, multiplicantur & moriuntur ſicut reliqui homines: & rurſum multi ſunt ſpiritus qui creati ſunt abſque corpore, & de his ſic dicitur: Que creauit dominus ut faceret, quæ ſcilicet nondum facta erant ſed creata: quales erant dęmones illi, quorum animas creauerat, corpus autem non fecit, quod immineret ſabbatum, cogeretur q; quieſcere ab omni opere ſuo, quod creauerat deus ut faceret. At illi qui creati ſunt corpore & anima, ut ſunt homines, ab eo ꝓceſſerũt. Venit ꝓinde Lilith ad Adam, neſciente illo, nã

non

nō habuit corpus per quod ſentiri poſ ſet, ſaluauitq; ab illo ſemen, ipſe autem ab initio fuit creatus, et proceſſerunt ex ipſo dęmones ſpiritus & ſpectra: quod hinc colligitur: Fuit Adam tri/ ginta & centum annorum, genuitq; in ſimilitudine & imagine ſua: ubi in/ nuitur, illum uſque ad centeſimum & trigeſimum annum non genuiſſe in ſi/ militudine & imagine ſua.

Chriſtianus.

Declara mihi melius memoratam ſcripturę ſententiam, Quæ creauit de/ us ut faceret, quoniam non intelligo eam iuxta uerba tua.

Iudæus.

Habet ſic ſcriptura: Quæ creauit de us ut faceret, & non ſic: quæ creauit de us & fecit, ad innuendum quod deus creauit cunctas res ſermone quodam, & non eſt fatigatus neq; feſſus nō autē fecit ſed creauit omnia ſermone quo/ dam ex nihilo, dicens illis tanquam ar tificibus, quod producerent res ex ſe: ueluti cum dixit: Producat terra, pro/

ducant

ducant aquæ. Idcirco dicit ſcriptura: Quę creauit deus ut faceret, id eſt, aliis commiteret, ut illa facerent. Ipſe autẽ decernebat & dicebat quomodo ſingula fierent. Et in hunc modũ ſeſe habet creatio dęmonum, qui creati ſunt in ueſpera ſabbati, ut Sapientes noſtri bonę memorię prodiderunt. Illuxit ſuper eos dies ſancta, & non eſt conſummata ex omni parte factura eorũ, ſed dimiſſi ſunt in aerem imperfecti, partim communicantes cum homine & partim cum angelis. Comedunt & bibunt, augeſcuntq; prole ut homines, uolitant per aẽrem, aſcendunt & furã tur res intra uelamen, et plerumq; ſermones eorum ſunt mendaces, nec audent comparere ante conſpectum dei cum ita ſcriptum ſic: Non cohabitabit tibi malignus. Et quando in Geneſi dicitur Anam inueniſſe Iemim in deſerto, uoluit ſignificare dęmones: unde & Iemim ſcribitur ſine iod, ad innuendũ dęmones relictos imperfectos poſt ſex dies creationis. Cœpit enim ingre-

di dies ſabbati ſanctus. Et hinc eſt q̃d illi fugiunt ſabbatum, ſicut ſcriptum eſt in Exodo: Nox obſeruantiarum eſt illa uobis, ut ſcilicet caueatis à nociuis, illis ſpiritibus. In ſabbato quidem nullus cauendus eſt ſatan aut alius incurſus malus. Nam fugiunt omnes ad mõtes caliginoſos, nec apparent per totũ ſabbati diem, eò quod ille ſit dies ſanctificatus, ipſi autem ſint immundi. At ubi ſabbatũ elapſum fuerit, redeunt ut irruant & noceant hominibus: & idcirco nos dicimus: Sit pulchritudo domini dei noſtri ſuper nos, qui pſalmus eſt contra dęmones, habetq̃ id pręconij, ut per eum effugemus nociuos illos ſpiritus, qui appellantur plagę filij hominum: ſicut ſcriptum eſt: Non decernetur cõtra temalum, nec flagellum appropinquabit tabernaculo tuo. Et quoniam demones iſti facti ſunt ex Adam primo parente, centum illis & triginta annis, quibus ſequeſtratus fuit ab uxore ſua, facti inquam ex ſpermate illius, propterea uocantur plagę & peſtes

ſtes hominum, cõtinetq́ memoratus pſalmus cẽtum & triginta dictiones, cum uerſu: Longitudine dierum ſaturabis eum &c. Reliquit & Adam poſteris ſuis ueluti hereditario iure hanc calamitatem, ut cum ſub noctem experti fuerint naturę fluxum, naſcantur inde dęmones nociui & hominibus infeſti. Propterea dicit lex: Cauebis tibi ab omni re mala, uidelicet ne homo interdiu fantaſmata aliqua hauriat, quæ in nocte illum in immundiciam conijciant, procurante id Belijaal, qui uocatur oculus malus, apparetq́ nonnũquam in forma muliebri & uocatẽ Lilith, id eſt, ſpectrum nocturnum. Notandum preterea, quod fauni illi qui ſic nati ſunt exſpermate hominis, moriente homine patre ſuo omnes cõueniunt ut illum contingant contaminẽtq́ & propterea iuſſerunt ſapiẽtes noſtri, ut faceremus circulos circum hominẽ recordaremurq́ quorundam uerborũ quibus illi effugantur & nõ audent ingredi circulũ ut funus cõtingant. Præ

ceperunt insuper septem fieri circulos ad effugandum septem turmas angelorum nociuorum qui ibi conueniunt, id quod hinc colligũt, quia scriptum est: In sex tribulationibus eruet te, & in septima non tanget te malum: malum, id est, Belijaal. Fugiunt enim circulos illos. Vnde necesse est, ut circuli illi fiant iuxta sepulchrũ, ut subito post eorum descriptionem intromittant cadauer in sepulchrum & nulla penitus mora fiat in feretri demissione, ne malum aliquod illud contingat.

Christianus.

Hęc est in uobis Iudęis magna stulticia, imò insania cordis, quando asseritis aliquam creaturam imperfectã aut incõpletam relictam à deo, cum tamẽ scriptum sit in opere creationis. Perfecti sunt cœli & terra & omneis exercitus eorum. Et in alio loco dicitur: Conditoris opus perfectum est. Id si uerum est, quomodo dicere poteris, deum fecisse ullum opus imperfectum? An putas manum domini abbreuiatam esse ut

ut aliquid non possit ad finem perdu-
cere; aut si deest illi uirtus, ut non pos-
sit aliquod certum opus absoluere; aut
certe lingua uestra loquitur mendaciũ
& os uestrum meditatur peruersitatẽ,
concipit laborem & parturit uanitatẽ.
Haud secus erratis toto cœlo, quando
dicitis Lunam à principio æqualem fu
isse Soli. Sed cupio te audire, ut mihi re
feras quid de hac re fabulentur Sapien
tes ueltri.

Iudæus.

Habet scriptura in hunc modum:
Fecit deus duo luminaria magna: &
postea dicit, luminare maius & lumi-
nare minus. Vbi notandum, quod lu
minaria ab exordio fuerunt æqualia in
candore, sed deus minorauit unũ. Ra-
tio uero quare minutum fuit lumine,
fuit superbia & iniqua accusatio aut
querela. Scriptum autem habetur: Nõ
cohabitabit tibi malus: Et, qui loqui
tur mendacia non dirigetur coram o-
culis eius. Certe non est res ulla dete
stabilior coram deo quàm iniusta que

rela: ſicut ſcriptum eſt: Qui detrahit in ſecreto proximo ſuo, hunc perdam. Et: Qui elatos habet oculos & cor turgidum, eum uidere nequeo. Et quoniam Luna conqueſta eſt de collega ſuo humiliauit eam deus. Quęris quomodo conqueſta fuerit, dicam. Vide inqt, non decet ut de te dicatur, quod nō poteris diuerſos formare ſoles. Tunc ait illi deus: Vade tu & ſis minor in lumine. Confuſa eſt itaq; & minuta lumine luna ipſa propter peccatum ſuū. Et cum ueniſſet ut propitium ſeſe exhiberet illi, daretq; apertionē oris pœnitētibus, & cōuertētibus ſeſe ex toto corde ad eum, in gratiam ſuſcepta eſt: qua re moti ſapientes ſcripſerūt, quod homo nunquam ceſſet facere pœnitentiā, & nō dicat, maior eſt iniquitas mea quam ut illa remittatur, quin ſi conuertatur, dominus ſuſcipit eum: ſicut ſcriptum eſt: Non deſiderat mortem impij.

Chriſtianus.

Recte egiſti quod tandem concluſiſti, per minoratam lunam adumbratā pœni

pœnitentiam .Fabula enim quam nar
rasti,parabola est & non rei uertas,si
cut multi ex uobis falso putauerunt.
Non enim habet luna uitam, animam
aut spiritum ut possit diligere aut odi
re,sed deus creauit eam ab initio lumi
nare minus, quod prꝙesset nocti, &
nõ minorauit ut uos falso asseritis.Sed
audi quid propheta dicat.Sic ait domi
nus:iuxta uiam gẽtium ne didiceritis,
& à signis cœlorũ ne metueritis, sicut
gentes ea metuunt.En gentiles credi-
derunt talia, qui non cognouerũt deũ
uiuentem . Prꝙterea non est scriptum
quod luna ꝙmulata fuerit solem,ambi
eritq; dominari in mundo . Quare er-
go uos talia creditis,quꝙ nec philoso-
phi opinati sunt? qui asserunt lunꝙ ex
se nullum esse lumen,sed splendorem
suum recipere à sole sicut & omnes stel
lꝙ.Solum enim sol ipse lucidus est à se
ipso:& hinc est quod luna & stellꝙ mi
norem habent lucem quàm sol ipse,id
quod facile demonstrari potest ex ecli
psi lunari,quando scilicet terra prohi-

bet ſolem, ne radius eius attingat cor/
pus lunę. Et ſi audire cupis, narrabo ti
bi breuibus cauſam eclipſis lunaris. Cū
luna ex ſe nihil habeat lucis ſed aliun/
de nempe à ſole recipiat ſplendorem,
ſcias hęc duo luminaria perpetuo in
medio menſis, unum in oppoſito alte/
rius conſiſtere, & quamꝯ terra ſit inter
media, tamen quia orbis lunę plerūꝯ
deflectit uel in aquilonē uel in auſtrū,
umbra terrę non poteſt obſtare, quin
ſol radijs ſuis attingat lunā illuminetꝯ
eam. Quando uero luna tempore op/
poſitionis fuerit in puncto capitis dra
conis aut prope, infra ſcilicet duode/
cim gradus, obſcuratur luna, aliquan
do tota & aliquando ex parte, ſecun/
dum quod parum aut multum à memo
rato capite diſtiterit, quod tamen hic
excutere multis uerbis nolo. Ad aliud
igitur me uertam. Vos dicitis futurum,
quod Iudęi celebraturi ſunt magnum
conuiuium in nouiſſimo tempore, in
quo eſuri ſunt ſchor haber, id eſt, bo/
uem communem, qui interim paſcitur
in

in monte quodam magno,& Lisiathã id est,insignem piscem salitum à principio mundi & conseruatum iustis, bibiturq́ uinum, à primis sex diebus una cum uuis reseruatum: id si uerum est necne,cupio ex te scire.

Iudæus.

Verum est, de Lisiathan quidem dicunt sapientes,quod fuerit interfectus mox post primos sex dies. Habet enim scriptura quod deus creauerit cetos grandes,& absq́ dubio illorum fuerũt duo,at deus occidit alterũ nempe fœmellam, cõdiuitq́ sale & reseruat pro iustis. Id hinc colligimus,quod textus habet taninim cum uno iod & non cũ duobus. Et fortasse ob id non est scriptum in die quinto,Et factũ est ita, sicut in alijs duobus diebus, quod existentia illa esset imperfecta,ob fœmellę interfectionem,quod nõ caret mysterio Est pręterea scriptum apud Isaiam cap. 27. In die illa uisitabit dominus Lisiathan serpentem tortuosum & peruersum,occidetq́ cetum qui est in ma-

ri. Vides ſcripturam loqui de imo ceto nec uoluit deus quod ille prolificando ſe multiplicaret in mari, aliàs enim nemo ſine periculo perambulare potuiſſet mare. Rurſum ſcriptū eſt pſal. 104. Liſiathan iſtum formaſti, ut luderes cū eo. Dicit propheta, iſte, ſingulariter & maſculine, ergo fœmella fuit interfecta preſertim cū conſtat maſculum & fœmellam primum creatos. De conuiuio habes ſcriptū in Iob cap. 40. Trahes ne Liſiathan cum uncino, aut funē demerges in linguam eius? Qui fecit ipſum, applicat ei gladium ſuum &c. Scriptum q̄ eſt. Sodales parabunt illū in refectionem, diuidentq̄ eum inter ſe negociatores. Item plantauit deus hortum uoluptatis: & rurſum ſcriptum eſt Iſa. 60. Erit germē plantationum mearum opus manuum mearum, ut glorificetur: uolens ſcilicet intelligere hortum optimorum fructuum. Et hos q̄s queſo comedet? Certe iam à nemine comeduntur, ſed reſeruantur iuſtis in futurum.

Chri

Christianus

Cogis me ad risum, ubi adducis scriptuꝛę autoritates & interpretaris iuxta stulticiam tuam intelligisq; ad literã, cum methaporę sint. Verum est, deum creasse cetos grãdes, mendacium autẽ est, illum mox fœmellam occidisse, cũ ad huc ceti plurimi in mari inueniant hoc est, pisces maximi, qui deuorant minores. Proinde cetis assimilantur reges potentes qui affligũt & opprimũt pauperes. At dominus facile potest illos interficere, quantũlibet in fortitudine nõ sint inferiores cetis maris. Hęc uidetur uelle Isaias. Porro quãdo asseris unum ex cetis à domino occisum, cogeris dicere ab altero deuoratũ Ionam, cum alius non fuerit in mari. Sed audi quid proheta ille de se scribat. Et parauit dominus piscem magnum ut deuoraret Ionam. Non adduxit deus piscem magnum seu cetum illum ab extremitate mundi, qui residuus manserat in principio mundi, sed cetum illum qui forte fortuna in mari illo inue

nieba

niebatur, illum instituit ut deuoraret Ionã. Quod si obijcias, cetum seu Lisiathã & piscem magnum esse dissimiles respondeo id non uerum esse, cum rabini uocem hebraicam tannim exponant pro pisce magno. Putas piscem illum paruum fuisse, qui glutiuit Ionam & uiuum retinuit tribus diebus & noctibus in uentre suo? Quod ex psalterio adducis, breuiter sic eludo, ibi singulare capi pro plurali, id quod frequens esse nosti in hebraismo, ut uir, bos, ouis &c. Proinde locum ex Iob adductum tu deprauas, cum ibi dominus non dicat, collegas esuros lisiathã sed in hunc modum loquit: nunquid in prandio comedent eum socij uel collegę, & negociatores conuenturi sunt pariter ut instituant refectionem unã, aut distributuri sunt eum mercatores inter se, more illorũ qui pisces emunt & illos in partes distribuunt? Poterit is locus & hanc habere interpretationem: nunquid collegę effossuri sunt foueam, ut illum hinc de mari sibilo suo

ex

extrahant capiantq; Vides quam per peram sapientes uestri illum locum intellexerint exposuerintq; Est & hoc falsissimum & error magnus apud uos quod iusti in futuro seculo esuri sint cibos temporales & panem corporalẽ, carnes pecorum & piscium, herbas, & semina unde panes fiũt, quibus in hoc mundo egemus, ubi crescimus & sobolem procreamus & perditum in corpore per adiectionẽ cibi restauramus. In futuro seculo & resurrectione mortuorũ longe aliter ageẽ nobiscũ. Tunc emhomo erit p resurrectionẽ noua creatura instaurabiturq; super pristina ossa instar illius uisionis, quãdo dominus deus apud Ezechielẽ populũ resuscitauit dicẽs: Dabo super uos neruos & faciam succrescere carnem obducãq; pellem & immittam in uos spiritum & uiuetis. Vnde & Rabini uestri dixerunt in secretis legis, esse in collo os quoddam pertinacissimum, quod etiam in ignem missum ab eo non lędiẽ, nec suffossum terrę putrefit, & p illud

asser

asserunt resurrectionẽ corporis succre
scere. Sic quoq; Genesis habet: Et ędifi
cauit dominus: ędificauit inq; super os
neruos, carnem & cutem , & sufflauit
in ipsum spiritũ uitę, adduxitq; ad Adã
ut mysterio illo pręsignaret, etiam si ho
mo morereẽ, futurum ut in eodem c or
pore resurgeret, fieretq; ędificiũ ind is
solubile ex neruis, ossibus & carne si
mul compactis. Vnde & Adam dixit:
os de ossibus meis, quia resurrectio ho
minis futura est in ossibus suis priori
bus, ad uitam immortalem. Tunc iusti
amplius non comedent panem corpo
ralem, qui non liberat à morte, neq; bi
bent uinum quod terra producit : sed
manducabunt panem angelorum, hoc
est, sicut iustus uicturus est in spiritu in
star angelorum, sic edet cibum qui nõ
ut nunc, putrescet aut peribit, neq; eg e
bunt electi dei amplius solis splendore
per diem, nec lucebit illis luna per no
ctem, sed dominus erit eis in lucem per
petuam, & deus eorum erit gloria eo
rum, comedentq; tunc fructus spiritua
les

les, quia oculus nõ uidit, quę facturus
est deus his qui expectant eum. Vide
de hoc Isaiam capite suprà memorato,
& inuenies multa in textu, quę non se
cundum corticem literę ut uos errãtes
plerumq; facitis, sed in spiritu & ueri-
tate sunt intelligenda. Si in futuro mun
do secundum errorẽ uestrum esset cor
poralis manducatio, esset etiam ibi
mors ac consequenter alia resurrectio,
quod falsum est & error magnus. Se-
minat̃ eñ in hoc mundo corpus mor-
tale & resurget in resurrectione iusto-
rũ immortale. Nã erunt tũc sancti dei
ueluti angeli qui sunt in cœlo, & q
nunq; morientur. Et ut concludã, certe
uides nunc, quod homines illi sine ce-
rebro sunt, qui dicunt, quod iusti in fu
turo seculo esuri sunt bouem cõmu-
nem & salitum illum cetum, bibituriq;
uinum quod produxit paradisus, cum
iusti in illo futuro seculo non uicturi
sint in terra sed in cœlis cum deo. Bea
tus homo, qui manducabit panem in
regno dei. Sed alteram proponam tibi

quæ

quęstionem, & cupio ut tu mihi ad il-
lam reſpondeas, Eſt autem iſta quęſtio
quare uos Iudęi non creditis in Me-
ſchiã noſtrum, poſtquam in eo adim-
plętę ſunt omnes prophetię, quæ ſcrip
tę ſunt de ipſo in lege & prophetis,
ſed induratis faciem ueſtram plusquã
petram, etiam cum apertis oculis ui-
deatis populo ueſtro non eſſe ullam
ſalutem in terra, qui ambulat in tene-
bris & in umbra mortis? *Iudæus.*

Si uoluero reſpondere, fortaſſis e-
greferes, ſed quis poteſt ſic compella
tus conceptum ſermonem continere?
pręſertim cum zelus domus dei deuo
rauerit me, & opprobria ex probran-
tium deo ceciderint ſuper me. Tu in-
terrogas, quare nos non credimus in
Meſchiam ueſtrum, neq; acceptamus
eum ut uos facitis: ad quod in hũc mo
dum reſpondeo tibi. Non ſunt in Chri
ſto ueſtro adimpleta uerba propheta
rum quę prędixerunt de Meſchia, neq;
impleta ſunt myſteria legis: etiam ſi
ſciamus tempus aduentus eius non lõ

ge

ge abesse, & propterea per singulas ge nerationes illi qui sunt de semine Da/ uid magno desiderio expectant in die bus suis aduentum salutis & tempus regis Meschię.

Christianus.

Et quare quæso Meschias ille uester usq; adeo retardat aduentum suum, ut eruat uos de tribulationibus illis in q/ bus estis? aut quomodo uidere potest deus ipse per istud tam longum tem/ pus calamitatem uestram quam susti/ netis in ista captiuitate, & non liberat uos de angustijs uestris, faciens iudici um cõtra hostes uestros? Quare pmit/ tit uos sic uagari per orbẽ ueluti oues quæ non habent pastorem? En in nul/ lo loco habetis certam & firmam man sionem. Cupio scire causam, quare de/ us uos tot annis â se proiecerit, nec ali quando recordatur uestri pro bono ue stro. Certe cum olim patres uestros, p/ pter iniquitates ipsorum puniret, quã do illi conuersi confitebantur & ora/ bãt illum in exilio, illico liberauit eos,

C mi/

misitq; illis saluatorem: quare non idē facit in moderna illa dura captiuitate?

Iudæus.

Nescis, nō esse scrutādā prudētiā eius, atq; cōsilia eius quę tā longe superant captū nostrū, sicut scriptū est: Terribilis est deus in consilio suo erga filios hominum. Nos ignoramus nec possumus apprehendere sapiētiam & prudentiam eius aut illam inuestigare & scire, sed ipse nouit quid agit.

Christianus.

Miror super hac responsione tua, quādo dicis uos ignorare causam quare deus abiecerit uos à facie sua. Et certe propter peccatum aliquod grande illud factum esse necesse est, quale num quam ab initio mundi feciſtis, uos aut patres uestri, quodcunq; tandem illud sit. Porro quādo dixisti, ppinquū esse aduentum Meschię uestri, narra mihi quęso qd sit illud, quod in Thalmud recitatur, quando rabi Iehosua filius Leui interrogauit Eliam, quando uenturus esset Meschias: & ille dixit, ubi est

est ille? respondit, Romę est inter infirmos: & abiẽs illuc inuenit eum. Si tũc fuit Romę, certe iam uenit natusq; est, & uos frustra expectatis.

Iudæus.

Meschias nõdum uenit, at natus est tempore destructionis templi, id quod liber haggadoth, id est, insinuationum seu denunciationum ostendit.

Christianus.

Si natus est tempore desolationis, à quo tempore iam fluxerunt ferè mil le & quingenti anni, & usq; in hanc horã nõdum uenit, quando quęso aut quali ter uenturus est, cum id in natura com probatum non sit, quod aliquis uiuat annis mille & quingentis.

Iudæus.

Nosti primos homines uixisse mul/ to tempore, & id usq; ad diluuium, ut aliqui ferè millesimum attigerint an/ nũ: Elias uero & Hęnoch multo am/ plius uixerunt, quippe quos deus in ui ta conseruauit, & adhuc in hunc usq; diem uiuunt, sic Meschias ante multũ

tẽporis natus, adhuc in uita cõseruat.

Christianus.

Vbi ergo & in quo loco hodie ipse agit? Est ne adhuc Romę?

Iudæus.

Potest id facile demonstrari ex scriptura ubi sit. En Adam primus ex cõditione sua fuit in paradiso terrestri, sed propter peccatũ fuit inde eiectus, quẽ admodum scriptura dicit: Emisit eum deus de horto uoluptatis. consequens ergo est, ut qui fuit immunis à punitione Adam, ille consisteret in paradiso. Sic quidem dixerunt sapiẽtes in libris denunciationum.

Christianus.

Non satis intelligo, quid uelis per uocabulum denũciationũ significare iccirco anteq̃ꝑ ꝓgrediaris, declara mihi uocabulum illud.

Iudæus.

Noueris ergo, apud nos triplices esse libros. Vnum genus librorum uocamus Viginti quatuor, qui uulgo uocantur Biblia: & in hos credimus firmiter atq̃ fide perfecta, quod scilicet scripti sint per ꝓphetas & alios uiros san-

ſanctos, quib. dominus aperuit uolũta
tẽ ſuã, reuelauitq; myſteria. Alterũ ge
nus uocatẽ Thalmud, & eſt expoſitio
ſeu explanatio præceptorũ legalium.
Nã ſunt in lege Moſaica preçepta 613.
& ea omnia explicantẽ in Thalmud,
inquem librũ nos quoq; credimus ue/
luti in expoſitionem preçeptorũ, quæ
ſunt ſub manibus rabinorum noſtro/
rum, qui eam acceperunt à patribus ſu
is, & patres eorũ acceperunt à prophe
tis primis, illi autem acceperunt à deo.
Tertio eſt nobis genus quoddã libro
rum, quod uocatur Medras, quod ſo/
nat inquiſitionem ſeu diſcuſſionem
materiarum, & nos interpretamur uul
go preçdicationẽ, ibi emm qd quiſq; ſen
ſit & quid rectum ſibi uiſum fuit, anno
tauit. Vnde & qui fidẽ adhibet his ſcri
ptis, bene facit, & qui non credit, nihil
illi nocet. Sunt etiã ſapientes qui dixe
runt & in ſcriptis reliquerunt nobis,
Meſchiam non naſciturum, niſi cũ ad/
uenerit aut propinquum fuerit tem/
pus noſtre liberationis, ut nos educat

de ista captiuitate, & huic opinioni plus assentior quam illorum sententię qui aiunt Meschiam iam dudum natũ nempe tempore desolationis templi. Et nos alio nomine uocamus memoratam inquisitionem Haggada, id est, denunciationem. Nam non est aliud q̃ denunciatio quędam, qua homo unus significat alteri quippiam.

Christianus.

Est ne Meschias semper Romę, secũdum illorum sententiam, qui senserũt illum Romę fuisse?

Iudæus.

Non semper est Romę, sed tempore illo uisus est ibi. Nam Elias dixit rabi Iehosuę filio Leui, quod tempore illo inueniret eum Romę, possetq̃ uideri ob certam causam, quæ in haggadoth signatur, sed quam nec tibi nec alteri Christiano uolo reuelare, sciens quod uerba nostra sunt abominatio in oculis uestris, et ꝓpterea nos scribimus mysteria huiusmodi in tabula cordis nostri.

Chri

Christianus.

Reuela quæſo mihi qd fecerit Romę aut quid facturus eſt ibi, & quare magis ſe illuc quàm ad alium locum contulerit: & ne cęles à me.

Iudæus.

Quia tam obnixe rogaſtime, dicã tibi, ſed cauebis ne alĳs pandas. Noſti enim quommodo deridere ſoleãt nos cũ audierint ſecreta noſtra. Ecce Haggada dicit Meſchiã Romę morari donec deuaſtet eam, haud ſecus, quã de Moſe legislatore noſtro legimus, qui nutritus eſt in domo Pharaõis, donec tandem ultionem ſumpſit de eo, ſubmerſitq; omnem populum eius in mari, Et hic non uenit mox poſtq; natus eſt & liberauit Iſraëlem, ſed poſt multos annos, cum dominus deus illi mandata dediſſet, tunc uenit & dixit ad Pharaonem: Sic ait dominus: dimitte populum meum ut ſeruiant mihi. Sic Meſchias quãdo appropinquauerit finis tẽporis, ueniet ad papam ex iuſſione dei, & dicet illi: Dimitte populum

meum ut ſeruiant mihi. Tunc inquam dicetur Meſchias ueniſſe,& uſq; ad tẽpus illud non dicitur ueniſſe, ſed neq; uocatur Meſchias,ſicut nec Dauid rex eo die quo natus eſt fuit rex aut unctus ſed poſtq; inunxerat eum Schmuel ex dei mandato,tunc fuit rex unctus. Sic quando unxerit Elias Meſchiam ex pręcepto domini, tunc erit Meſchias ueniętq;. Hęc ex haggada.

Chriſtianus.

Narras mihi mirabilia , ſed omnia uerba tua uidentur ſimiliora eſſe mendacio quam ueritati. Nam prophetæ domini longe aliter docuerunt. Nec uerba haggada uera ſunt in hoc, quando Moſen Chriſto & Aegyptiacã captiuitatem modernę captiuitati uult cõparare. Nam Iſraëlitę in Aegypto non ſeruierũt niſi ſoli Pharaoni, cum ita ſcriptũ habeatur: Dixit Moſes Pharaoni: Dimitte populum meum & c. Is enim ſolus ſine alio rege habuit imperium ſuper Iſraëlem. Et cũ nollet eos dimittere, deus manu potenti & brachio extento

tento atq; cum iudicijs magnis eduxit eos. In præsenti autem captiuitate, Iudęi nō solum sunt sub potestate papę, sed dispersi sunt & dissipati in quatuor plagas mūdi. Id cū ita sit, quomodo poterit papa sua potētia & autoritate illos dimittere, qui nō omnes sub suo inueniunt dominio? En quot sunt nationes sub cœlo, in quas ille nullum habet ímperium. Deinde Moses non tardauit post natiuitatem suā nisi octoginta annos, post quos liberauit Israēlem. Et cū me uertero ad uerba Thalmud, qui dicit, Meschiam quidem natum, sed huc usq; aduentum suum suspendisse, scilicet iam mille & quingētis annis: facile concludo, aut uerba Thalmud falsa esse, aut comparationē priorem ineptam. Vellem ut saltem illud cordi acciperetis, prolixissimā istā captiuitatem, quę nullum finem aut terminum habet, sed neculla consolationem, quæ omnia patres uestri habuerunt in captiuitate Babel, etiā post quam deum multiplici abominatione

offenderunt, colentes idola & prophanantes sabbatum atq; reliquas solennitates, & preuaricantes omnia dei mandata per Mosen promulgata. Et hæc cum facerent, misit deus prophetas ad illos, qui eos dehortarent, redarguitq; eos multiplici correptione, prędicentibus illis prophetis, nisi desisterent, futurum ut abducerentur de terra sua & caderent in manus hostium suorum. En uides quod etiam in rebus pessimis habuerunt prophetas, qui eis minabantur & rursum uerba cōsolatoria dabant, loquentes super cor illorum, etiã ea hora qua malũ ipsum perpetrabãt, quin & in ea hora qua proficiscebantẽ de terra sua in exilium, ueniebant ad eos prophetę & consolabantur eos, reuelauitq; eis deus finẽ captiuitatis per Ieremiam prophetam: nec fuerunt in captiuitate nisi septuaginta duntaxat annis. In moderna autem captiuitate non est propheta, nulla est uisio consolatoria, sed indies grauior fit captiuitas & omnes captiuitatis termini, quos sapien

pientes posuerũt ante multũ tẽpus prę
terierũt, & nos certi sumus, uerbũ cre
atoris nostri mãsurũ & firmum stare in
ęternũ, nec soluẽt de bono in malũ, sed
de malo in bonũ, sicut patet de Aegyp
to, quãdo illius captiuitatis finẽ cœpit
supputare à natiuitate Isahac. Idẽ patet
de Nineuitis: qui cũ perpetrassent om
nia mala, mox ut illos malorum pœni
tuit, misertus est eorũ deus &c. Cæterũ
in ista uestra captiuitate, uos quidẽ ob
seruatis sabbatum & solennitates & re
liqua dei mãdata, quę patres uestri an
te captiuitatem Babylonicam atq; in i
psa captiuitate non custodierunt, quã
do legis Mosaicæ omnino oblíti fue
runt: hoc autem non obstante, cum ad
ueniisset finis septuaginta annorum, li
berati sunt. Nònne autem scriptum est
apud Isaiam cap. 56. Custodite iudiciũ
& facite iusticiam, quoniã propinqua
est salus mea ut ueniat, & iusticia mea
ut reueletur? Beatus homo qui fecerit
eã & filius hominis qui tenuerit eam
custodiens sabbatum ne illud uiolet,

Hinc

10194262

Hinc colligitur, quando Iſraëlítę cuſto diunt ſabbatum & agunt pœnitentiã, non exulãt à terra ſua. In moderna autem captiuitate ſabbatum cuſtoditur à Iudęis atq; reliqua dei precepta, faciũt pœnitẽtiam, orant, & dant eleemoſynas, quare ergo non uenit Meſchias? En quoties fecerunt magnam & ſolennem pœnitentiam toto corde ſuo, tota anima ſua & omni conatu ſuo, ut reuelaretur eis finis captiuitatis, at oratio eorum minime eſt exaudita. Potiſſimum autem id fecerunt anno mũdi quinquieſ milleſimo, ducenteſimo ſexageſimoſecundo, qui fuit annus Chriſti 1502. quando omnes Iudęi fecerũt publicam pœnitentiam per omnes habitationes ſuas, in omnibus terris & per totam captiuitatem, idq; ferè per integrũ annum, tam pueri quàm ſenes, paruuli & mulieres, qualis pœnitentia nunq; retroactis ſeculis audita eſt: eam autẽ, fecerunt pro aduentu Meſchię. Sed omnia fruſtra. Nihil enim eſt eis reuelatum, neq; ſignum ullum aut ullus nu-

tus,

tus, ut taceam maius quippiam. Et certe res ista est miraculum magnum, sibilus oris & cōplosio manuum apud cunctos qui id audiūt, quod nihil illis suffragatur, non lex, non pœnitentia, nō oratio neq; ulla eleemosyna, quæ omnia per singulos faciunt dies. An non id manifestū indicium est, Meschiam iam uenisse? Sed quia uos renuitis credere uerbum istud, obseruantia legis uestrę & opera manuū uestrarū nihil penitus sunt. Hinc licebit sic inferre: Si ꝓpter pœnitētiā futura est liberatio & cōgregatio dispersionis uestrę, nūq; redimemini, pręsertim cū iugiter fueritis populus rebellis & durę cervicis. Videtis præterea & sentitis q̄ inania & nihili sint uerba rabinorū uestrorum, qui met hic hęrent dubij & perplexi, & inter se discordes sunt. Vnus dixit: Meschias nō ueniet, nisi in generatione quę tota iusta fuerit, aut in generatione quæ tota iniqua. Sic aūt sensit rabi Iohanan filius Zacai, probans sic: In generatione quę tota rea est, qa

sic

sic scriptum habetur apud Isaiã 59. Vidit quod nihil esset homo & miratus est quod nemo interpellaret, saluauitque eum brachio suo, & iusticia eius, ipsa sustẽtauit eum. Item in generatione quę tota munda est, quod ita scriptum sit: Et populus tuus totus iustus est, in seculum possidebunt terram. Dicit & Rabi Eliezer: Si Israëlitæ fecerint pœnitentiam, mox redimentur, cũ scriptum sit: Reuertimini seu pœnitentiam agite filij auersores. Cui ita respondit rabi Iehosua: Nonne iam dictum erat: Gratis uẽditi fuistis in idololatria ipsa & absq; pecunia redimemini, per pœnitentiã scilicet & opera bona. Hinc nos colligimus, quod rabini ipsi dubij fuerunt, an congregatio captiuitatum fieret per pœnitentiam aut non, & iam quidem aduertimus, pœnitentiam uobis nihil profuisse. Sunt itaq; cuncta rabinorum uerba, quę de moderna captiuitate tractant, mera mẽdacia & errores. Et uersus ille ex Isaia citatus: Vidit &d non esset homo &c. quadrat in Iesum salua-

ſaluatorem noſtrum pro hora paſſio-
nis ſue, qui neminem uidet qui pœni-
teat, & ob id recte dicitur: Reſipiſcite
filij auerſores, quaſi dicatur, ſi pœni-
tuerint ſuper hac re & adhuc accepta-
uerint eum, continuo liberabuntur: &
hęc eſt uera pœnitentia & opera bona
quę poteſtis facere, ut ſcilicet remoue a
tis offendiculum de corde prauo, cre-
datiſq; in deum uiuum & in Meſchiã
qui & uobis & nobis miſſus eſt in ſalu
tem. Tunc adimplebitur hęc ſcripturę
ſententia: Qui expectant dominũ mu
tabunt uires, aſcendent in eis uelut in
aquilis pennæ. Tempore eñ illo quo
Iudæi ſuper ſe acceptauerint Meſchiã
domini, nuncupabuntur expectatores
domini, & ipſe dabit eis uires & robur
atq; omne bonũ ſicut ab initio. Vnde
ſubdit: Tũc mutabũt uires, aſcẽdẽt pẽ
nę ueluti in aquilis, in nouabunt q; in
ſtar aqlę, quę ſi attigerit decimũ annũ,
erigit ſeſe altiſſime in ſuperficiẽ firma
menti donec apropinquauerit calori
ignis, deiicitq; ſemet prę nimio ęſtu in
mare

mare,& depilatus renouatur,crescent què in eo alię pennę . Cupio rursus ut patienter audias quid Haggæus dicat de aduentu Meschię . Sic ait dominus exercituũ: ad huc unum modicum est & ego cõmoueo cœlum & terram,ma re & aridam. Cõmouebo inquam om nes gẽtes & ueniẽt ob desideriũ omni um gentiũ, & implebo domũ istã glo/ ria dicit dominus exercituum. Meũ est argentũ & aurum, dicit dominus. Ma ior erit gloria domus huius ultimæ ꝙꝫ prioris, atꝙꝫ in domo ista dabo pacem dicit dominus exercitiuũ. Ecce dicit ꝓ pheta: adhuc unum modicum. Si autẽ Meschias huc usꝙꝫ nõ ueniisset, falsum dixisset propheta: cum à tempore pro phetę usꝙꝫ ad nostra tempora transie/ rint aliquot anni supra duo millia. Di cit prętерea, maior erit gloria domus huius ultimę quàm prioris. Quę autẽ fuit gloria illa magna, nisi quod Me/ schias noster apparuit in templo illo secundo, faciens ibi signa & miracu/ la, qualia non facta sunt in uniuerso

mun

mundo: docuit etiam populũ & oſten dit ei uiam ad uitam ęternam.

Iudæus.

Magiſtri noſtri aliter hic loquunt̃, nẽpe quod domus ſecunda propterea maior dicitur prima, quod decem an/nis diutius ſteterit. Nam domus prima ſtetit annis 110. ſecunda autem ſtetit an nis centum & uiginti.

Chriſtianus.

Inanis & ſtulta eſt hęc reſpõſio. Nõ enim propter tẽpus tam exiguum do/mus iſta ſecunda maior dici potuit, po ſteaq̃ in omnibus alĩs rebus minor fuerit prima domo. Nam ut in Ezra di citur, multi ex ſacerdotibus, ex Leuitis ex pręcipuis patribus & ſenioribus po puli, qui uiderant domum priorem, cũ fundamenta domus ſecundę ponerentur atq; id aſſiſtentes uiderent, flebant uoce magna, eo quod domus illa ſecũ da quaſi nihil eſſet reſpectu primę. Si/quidem uaſa domus primę fuerunt au rea, ſecundę autẽ fuerunt ęnea. Et prę terea in templo ſecundo defuerunt de/

cem ſigna, quę facta fuerunt patribus ueſtris in ſanctuario primo, ſicut ſcribunt rabini ueſtri. Nã in domo prima non abortiuit mulier propter odorem carnis ſanctificatę, non fœtuit aut corrupta eſt unq̃ caro ſancta, non uiſa eſt unq̃ muſca in loco ubi mactabantur hoſtię, non accidit ſummo ſacerdoti ulla fœditas nocturna tempore ſolennis propiciationis, non extinxerunt pluuię ignem ſub diuo in congerie lignorum continuo ardentem, & columnã fumi recte uerſus cœlum aſcendentem non interturbauit uentus, non inuentus eſt mucor aut corruptio in manipulo, in duobus panibus atq̃ in panibus propoſitionis: ſtabãt in templo erecti & cum incuruati adorarent habebant ſatis ſpacĳ: non nocuit unq̃ ſerpens aut ſcorpio in ciuitate Ieruſalẽ, nec unquam dixit aliquis ad ſocium ſuum, tã anguſtus eſt mihi locus, ut nõ queam manere in Ieruſalem. Fuerunt pręterea & aliæ quinq̃ res in tẽplo primo, quæ non fuerunt in ſecundo, nempe hę, ar-

ca

ea cum propiciatorio & Cherub, ignis cœlitus missus, spiritus sanctus, Vrim & Thumim, idest, mysteria quędā sacra in pectorali summi sacerdotis. Vides nunc quod domus secunda nō fuerit maior prima propter decem annos. Addam & hoc quod rabini uestri non ueritatem loquuntur, quando dicunt futurum esse, ut tertium ędificet templum in terra Israēl, & tunc uenturum Meschiam, quum ppheta hic clare dicat, hęc domus nouissima, ueluti digito demonstrans domum quę tunc extruebatur & prędens stabat. Illa inq̄ domus in maiori gloria futura erat q̄ prima. Sed cupio scire, unde uos Iehudęi habeatis q̄d tertiū futurū sit tēplū.

Iudæus.

Dicam. Aiunt sapiētes nostri bonæ memorię, quod Abraham uocauerit locum illum, montem: Isahac aūt uocauit eum, agrum, & Iacob, domum. Ob id enim quod Iacob sub noctē occupauit locum illū, reuelata est ei sanctitas & dignitas eius loci. Tres itaq̄

illi patres prefignarunt tria futura tem
pla in Iſraël, duo quidem deuaſtanda
& unum permanſurum in ſeculũ. Ab-
raham uocauit illum locũ montem. In
mõte, inquit, uidebitur dominus. Hic
eſt mõs deſolatiõis de quo in Medras
pſalmorum ſcribunt: Voce mea ad do
minum clamabo cum ſcilicet adhuc tẽ
plum firmum ſtaret: ſed eo deuaſtato
inde reſpõdet: addt: Exaudiuit me de
monte ſancto ſuo. Quod etiam ſecun-
da domus fuerat deuaſtanda, probant
inde, quod Iſahac locum illum agrum
appellauit, ſicut ſcriptum eſt: Egreſſus
eſt Iſahac ut oraret in agro. Ieremias
autẽ dicit: Zion ueluti ager arabitur.
Porro tertiũ templũ, quod nunq; deua
ſtabitur, uocauit Iacob domũ dñi dei:
& de illa ſcribit propheta: Maior erit
gloria huius domus nouiſſimę quam
primę. Et rurſum ſcriptum eſt Zach.
2. Ego ero illi dicit dominus murus ig
neus per circuitum, & gloria in medio
eius. Et Exodi 15. Sanctuarium domini
quod firmum parauerunt manus tuæ.

Duę

Duę primę domus fuerunt factę manibus hominum, ideo nullã habuerunt firmitatem, iuxta illud: In uanũ laborant qui ædificant eam. Vocauit ergo Iacob templum illud perpetuo durabile domum, & non ut alĳ montẽ aut agrũ, atq; ob id illico subiunxit, nõ est hic nisi domus dei. Dicit & Ieremias cap. 31. Ecce dies ueniunt dicit dominus & ędificabit̃ ciuitas domino &c. tandemq; concludens addit: Non subuertetur neq; diruetur ultra in seculũ. Et Isaias cap. 2. ait: Erit in nouissimo dierum, paratus mons domus domini in uertice montiũ: hic est mons domini quem Abraham designauit: & eleuabitur supra colles, alludens scilicet ad Isahac qui eum agrum uocauit, sed &d subditur, hęc erit domus dei, uoluit significare domum Iacob, de qua alibi dicitur. Venite & ascẽdemus ad montem domini ad domum dei Iacob, quę firma scilicet durabit. Designauit proinde nobis has tres domos scriptura in Genesi, quando ter mentionẽ facit

loci, ubi deſcribet pernoctatio Iacob in loco domus dei. Habes enim ibi, qd Iacob occurrerit in locum, acceperit lapides loci illius, dormieritq; in loco illo. Incidit in locum illum cum ſol occubuiſſet, quo ſignificabatur excidiū primę domus. Collegit lapides illius loci, ſparſos quidem in excidio primi templi, & compoſuit ſubter caput ſuū ſuper eis pernoctaturus, quo ſignificabatur extructio ſecūdi templi nō diu duraturi. Sed quia ſuauiter ibi dormiuit, ſignificabat quoq; tertiū templū, in quo uiribus deſtituti rurſum refocillabuntur & quieſcēt in cubilibus ſuis, ſedebitq; uir ſub uite ſua atq; ſub ficulnea ſua, propulſato omni terrore.

Chriſtianus.

Non poſſum tibi amplius auſcultare inhac re, uſq; adeo torques & te & ſcripturam dei, & acuis ingenium tuū ut puertas uerba dei. Hęc enim expoſitio quam attuliſti, extranea eſt & proposito noſtro ineptiſſima, cum nullo ful-

fulciatur fundamento, prẽsertim cum propheta tã clare dixerit: Ista domus nouissima: quasi dicat, domus ista quã uidetis oculis uestris, illa ultima erit in maiori gloria quam prima. Si dixisset, domus nouissima, & non adiecisset, ista, haberetis aliquam apparentem rationem: tamet si locus ille quem adduxisti de tribus patribus, minime nostro conueniat proposito. Primam itaq; domum & secundã inuenimus, tertiam autem non inuenimus.

Iudæus.

Id quod de prima & secunda domo scribis, ita sese habet. Si Israẽlitę nõ peccassent, non habuissent nisi primũ templum, dignumq; fuisset, quod illud extrueretur per manus dei, iuxta illud: Sanctuarium domini firmauerunt manus tue. Sed quia peccauerunt, ipsi in causa fuerunt, quod templum illud extructum fuit per manus hominum, sicut & secundum. Et hinc est quod nullam habuerũt firmitatem, iuxta illud: Frustra laborauerũt qui ędificant ipsum,

um, futurumq; est ut dominus ipse per semetipsum extruat Ierusalem & impleat scripturam illam, Sanctuariũ domini firmauerunt manus tuę: Et illam: Ego ero tibi in murum igneum per circuitum, & in gloriã in medio eius: & tunc quoq; confirmabitur dictum nostri prophetę: Maior erit gloria domus huius nouissimę quàm primę, & non dixit, secundę quàm primę.

Christianus.

Multiplicas uerba & citas multa scripturæ loca, sed extra propositũ. Si pecata causa fuerunt desolationis primi & secundi templi, tertium templum, quod uos expectatis nunq; extruetur: quia sine cessatiõe peccatis, & dicitis quod propter peccata uestra Messias aduentum suum differt: id si uerum est nunq; ędificabitur illud uestrum tertium templum, quod futurum esse dicitis & extruendũ per manus dei: cuius tamẽ neq; scriptura neq; pphetę mentionem faciunt, sed uos ex cerebro uestro finxistis opinionem illam, ut se-

ducere

ducceretis ſimplices. *Iudæus.*

Si ueritas nõ ſtat pro nobis, quomodo quæſo fuit domus illa nouiſſima in maiori gloria quàm prima?

Chriſtianus.

Dicam tibi, & antea iam dixi, nempe quod ob hãc cauſam domus ſecunda fuerit maior prima, quia uenit dominus templi in templum ſuum, quemadmodũ uaticinatus eſt Malachias: Ecce ego mitto angelum meum, & repurgabit uiam ante faciem meã, & ſubito ueniet ad templũ ſuum dominus, quem uos quæritis, & angelus teſtamẽti, quẽ uos deſideratis: ecce uenit dicit dominus exercituũ. Prophetia iſta citra omnem tergiuerſationẽ quadrat in regem Meſchiam, qui uenit & uiſus eſt ab hominibus, ut iam ſupra oſtendi.

Iudæus.

Dixi ſupra, inter rabinos eſſe quoſdam, qui crediderũt Meſchiam natum in deſolatione templi ſecundi, ſed nondum ueniſſe: quoniam cum uenerit facturus eſt ſigna magna, & exaltabitur

cor eius in uĩs domini, ueniet autẽ & mãdabit Papæ & omnibus regibus populorum, dicens: Dimitte populũ domini, ut seruiat ei: & tunc faciet coram rebellibus signa, nec timebit eos, manebitq; in urbe Roma, donec deuastet eam, & tunc educet populum dei.

Christianus.

Nondum dixisti mihi rationem, cur usq; adeo moretẽ Meschias uester, differatq; aduentum suum.

Iudæus.

Iam dixi, me ignorare. Dicũt autem rabini nostri, Ierosolymã nõ ob aliam causam deuastatam q̃ quod sabbatum uiolauerunt, & propter sabbati transgressionem abacti sunt de terra sua in exiliũ. Et pręcipuũ bonũ quod inuenitur hodie inter exules nostros, est obseruãtia sabbati, sicut scriptũ est: Sic ait dominus: Custodite iudiciũ, & facite iustitiã, quoniã prope est salus mea ut ueniat, & iustitia mea ut reueletur. Beatus homo ille, qui hęc facit, & filius hominis qui ea apprehendit, custodiens sci-

licet

licet ſabbatū ne illud uiolet. Dicit: pro pe eſt ſalus mea ut ueniat, ſi bonas fece ritis uias ueſtras recedentes à malo. Si quidem pœnitẽtia remoratur aduentū Meſchiæ. Quod ſi cuncti Iſraëlitę time rẽt dominū, prope eſſet illis ſalus eius: nam redemptio ipſa pendet à pœniten tia, ſicut ſcriptū eſt: Et cõuertet domi nus deus tuus captiuitatẽ tuam, ſi con uerſus fueris ad dominū deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua. Et rurſum ait: Beatus homo qui hęc facit, cuſtodiens ſcilicet ſabbatum. Illud ſi quidem dignum eſt, ut ſegregetur à re liquis diebus, in cibo & potu atq; cul tiori ueſtitu, & id quantum ad corpus attinet. Quantum autem ad animam, debet ipſa eſſe euacuata à cunctis ne gotijs huius mundi.

Chriſtianus.

Dixiſ ſupra, ſi propter pœnitentiam debet populus in captiuitate diſperſus congregari, nunquã liberabimini, po ſteaquam ſemper eſtis populus rebel lis & duræ ceruicis.

Iudeus

Iudæus.

Audi quid dicat Ezechiel: Non propter uos ego facio ò domus Israel &c. dicitq; : ego educã uos de populis &c. Et rursum in lege dicit : Ego recordabor eorum propter fœdus primũ &c. Hinc nobis uidet, quod ex pietate dei & iustitia patrum, & non ex iustitia nostra egressuri sumus captiuitatem. Videmus quoq; q̃ perplexi fuerint hic rabini, num per pœnitentiã egressuri sumus captiuitatem aut non. Vnde rabi Iohanan dicit : Nõ ueniet filius Dauid nisi in generatione quæ tota est iusta, aut in generatione quæ tota est peccato obnoxia. Et rabi Eliezer ait: Si Israë litæ fecerint pœnitentiam illico liberabuntur, cum scriptum sit: Reuertimini filij auersores . Cui respõdit rabi Iehosua: Nónne iam dictum est: Gratis uenditi estis &c. Hic uidemus quod dubij fuerũt patres nostri, num per pœnitentiam liberaremur ab exilio aut non, eò quod sententię scripturę uideantur inter se pugnare, quæ quidem discordia

sic

ſic cõponetur, quod plurimi Iſraëlitę conuertentur per pœnitentiã, poſtq; uiderint ſigna liberationis. Et ob id dictum eſt: Vidit quod non eſſet homo qui ſcilicet pœniteret, donec uidit initium ſalutis: & interim quidam permanentes maligni & rebelles, egrediẽtur cum multitudine pœnitentium Iſraëlitarum, deficientq; in itinere, & non intrabunt in terram Iſraël.

Chriſtianus.

Dic mihi quæſo, quæ ſigna futura ſint in congregatione diſperſionis ueſtræ.

Iudæus.

Signum primum noſtrę ſalutis iſtud erit, quod populi huius mundi cadent & nos cõſurgemus, erũtq; populi quaſi uincti ante faciem noſtram, ut nemo auſit leuare manum uel pedem, niſi prius prociderit atq; humiliauerit ſeſe ante conſpectum noſtrum. Et ratio huius eſt, licet iudicia dei uenerint ſuper nos, non tamen ob id ceſſamus ſequi illum, ſciẽtes quod iudicia eius ſunt bona: & quando iudicia eius ueniũt in terram,

tunc

tunc habitatores orbis erudiũtur & di-
scunt facere iustitiã: propter eos enim
consistit orbis. Si recordaremur nomi-
nis deorum alienorũ inter inimicos no
stros, sub qbus degimus, liberaremur
quidem à pressura eorum, & essemus
eque ut ipsi in dignitate & magnificen
tia: sed quia id facere recusamus, susti-
nemus afflictiones, quę nobis non ob-
sunt, sed purificamur per eas, absumi-
turq; peccatum nostrum, ut non rema-
neant in nobis ullę reliquiæ aut aliqua
macula. Cũq; deus castiget nos in ista
captiuitate propter peccata nostra, nõ
desinimus sperare in eum, neq; despe-
ramus, quin suo tempore liberemur.

Christianus.

Et quare obsecro præscripserunt
uobis rabini uestri tam multos termi-
nos, qui iam omnes præterierunt, &
Meschias uester nondum uenit, nec su
perest uobis spes ulla ut ueniat?

Iudæus.

Fuerunt multum anxij & sollicit
rabi-

rabini noſtri, propterea conſtituerunt terminum aliquem propinquum, ne uulgus populi deſperaret, abiiceretq; ſpem liberationis.

Chriſtianus.

Sic rabini ueſtri ſeducunt ſimplices Iudæos, qui agunt inter uos, dicendo, expecta modicum ibi, & expecta modicum ibi, & ecce non eſt uobis ſalus neq; redemptio. Sed narra mihi ſignũ alterum, & dic quid futurum ſit quando aduenerit redemptio ueſtra.

Iudæus.

Non deficient Iſraëlitæ ſicut reliquę nationes, quæ uſqueadeo abolebuntur, ut etiam memoria nominis earum non ſit remanſura. At Iſraëlitæ ita reunientur inter gentes, ut ubiq; locorum futuri ſint unus populus, quantũlibet iam exulent & eiecti ſint in omnẽ plagam mũdi. Nam in nouiſſimo dierum reuertentur ad dignitatem ſuam, & erunt excelſiores cũctis gentibus terræ: tunc enim appropinquabit iudiciũ ut aboleantur impij, qui ſunt inter eos.

Et hic erit dies ille, quando deus missu rus est angelũ suum, qui euacuet uiam ante cõgregationem exulum, ne inueniant in itinere suo ullum Satan, & occursum malum. Sed quia non est reuelatus terminus exilij, nec explicatur in libro Danielis quando dicitur: Quoniam clausi sunt & signati sermones usq; ad tempus finis, idcirco dicitur in Malachia: Siquidẽ repente ueniet, nemine scilicet sciente diem aduentus domini, qui est rex Meschias & angelus testamenti. Aut angelus testamenti dicitur de Elija (*desunt enim hic in* Hebræo hæc uerba אר נאמר מלאך חברית) Erit proinde dies ille instar ignis depurantis rubiginem ab argento: sic enim separabũtur impij à bonis, & deficient impij, residuiq; manebũt iusti. Nam dies ille erit dies iudicij, quãdo dominus iudicium facturus est inter impios & bonos. Boni erunt peculium eius, miserebiturq; eorum, ne apprehẽdat eos malũ quod impios consumpturum est, & uidebũt bonum Ierusalẽ atq; pacem Israël cun-

ctis

ctis diebus uitæ eorum, eorum ſcilicet qui tunc extiterint in cõgregatione diſperſionis, quando uenerit redemptor in diebus eorum. Qui autem non extiterint, illos ſuſcitabit creator ex mortuis, nempe iuſtos, ut & ipſi uideant pacem Iſraël: & pro bono Iſraëlis mittet deus Eliam prophetam, reducetq; animam eius, quæ aſcendit in cœlum, ad corpus formatum inſtar corporis eius prioris. Nam corpus eius priſtinũ conuerſum eſt in terram, & quodlibet elementum tranſijt in elementum ſuum. Et poſtquam illum corporetenus uiuificauerit, mittet eum ad Iſraëlem ante diem iudicij, ut moneat patres & filios pariter, quatenus ſeſe conuertant ad deum toto corde, & qui reſipuerint, illi liberabuntur à die iudicij.

Chriſtianus.

Recitaſti mihi mirabilia, quod etiam mortui in aduentu Meſchiæ reuicturi ſint & rediturus Eliias, uiſuri q; iuſti redemptorem ſuum Meſchiam & gauiſuri cum illo: at hæc futura ſunt in ad-

uentu Meſchiæ ſecũdo atq; poſtremo, hoc eſt in fine mundi, & non in aduentu primo ſicut uos putatis. Et ſi dignaris me audire, ego nõnihil tibi referam de reſurrectione mortuorum, referam autem ueritatem. Ecce legimus apud Eſaiam cap. 26. in hunc modũ: Viuent mortui tui, cũ cadauere meo reſurgent. Euigilate & exultate qui habitatis in puluere: quoniã ros herbarũ ros tuus, & terra inferos eijciet. Vbi ſignificat Meſchiæ ad iudicium ſecundũ aduentum, quando ſcilicet deus ipſe in die iudicij excitabit mortuos ad uitam. Idem habetur in prophetia Danielis cap. 12. Multi ex dormientibus in terræ puluere euigilabunt, hoc eſt, reſurrectio mortuorum ad uitam, communis erit omnibus iuſtis, & impijs quidem corpora ſua quoq; accepturi ſunt, ſed ut in eis & in anima puniantur, perpetuoq; moriantur. Porro quãdo propheta dicit: Mortui tui, dirigit ſermonem ſuũ ad deum. Et tunc egredietur uox de cœlis, dicetq; ad eos: Euigilate & cantate habitatores

res pulueris. Sic cum dicit: Ros tuus, figuratiue loquitur ad deum. Nam ut ros uiuificat & erigit herbas, sic ros diuine uirtutis uiuificabit mortuos, & terra foras proiiciet mortuos, hoc est, deus condemnabit impios, & detrudet eos in gehennã, iusti autem ibunt cum Christo in uitam ęternã, & tunc finem habebit præsens mundus, & erunt electi cum deo in regno cœlorum in secula seculorum, impij autem recludentur unà cum diabolo in gehennam, unde nunquam liberabũtur, sicut eodem loco dicitur: Isti euigilabunt ad uitã æternam, illi autem ad opprobria & abominationem perpetuam. En hæc est fides nostra de resurrectione mortuorũ, & sic quoq; docuerunt sancti prophetæ.

Iudæus.

Rabini quoq; nostri docuerũt nos, quomodo crederemus, sed alio modo. nam dixerunt resurrectionem mortuorum futurã pro omnibus iustis, & pro quibusdã impijs. Nam dominus proiiciet inferos, hoc est, impios, in terram,

10194262

at illa non poterit eis uitam cõcedere. Porro mortui, quos tunc dominus excitabit ad uitam, nõ differ ent à reliquis hominibus in uſu humanę uitę, nã habebunt liberam electionẽ boni & mali, propterea enim dicit: Iſti ad uitã ęternam, illi autem in opprobria & abominationem ęternam, donec tandem ueniant in contemptum & continuã consummationem, ut nulla pars boni illis obuentura ſit, ſed quemadmodum propheta dicit: implebitur in tempore illo terra ſcientia domini. Vſq; adeo inuale ſcet tunc abundantia diuinę cognitionis, ut fides dei nequaquam defectura ſit, nec mutabitur homo niſi ad bonum & ad perfectionem. Et multi quidẽ Iudæi dicunt iſta futura pro diebus Meſchiæ: quo tempore contingent mirabilia abſq; numero.

Chriſtianus.

Et hic quoq; uos erratis, cum omnia iſta mirabilia iã impleta ſint paucis exceptis, quæ contingent in aduentu Meſchiæ ſecundo, nempe in fine mundi,

quando

quando uenturus est deus & Meschias ad iudicandum uiuos & mortuos. Meschias em̃ iã uenit & uiuificauit mortuos quosdã à morte corporali, & quosdam à morte spirituali. Cessauerũt hodie in mũdo idola, sicut scriptũ est: Plena est terra cognitiõe domini. Omnes enim nationes profitẽtur hodie unum deum. Ambulant hodie multi populi ad domum dei Iacob, quæ est cõgregatio fideliũ credentiũ in Christũ, qui & figuratiue uocantur Ierusalem spiritualis. Hodie moratur lupus cũ oue, hoc est, impius & raptor cum mansueto, & nõ nocet ei: fuit quoq; pax per uniuersum mundũ in illis diebus quando natus est Christus, quũ tũc uir unus, nempe Octauianus regnauerit super uniuersum orbem in pace: sed & in futuro mundo, qui est regnũ Christi, erit pax sine ullo fine. Iam apertę sunt portę Ierusalẽ, ut omis q uoluerit ingredi possit: & paratus est mons domini in summitate montiũ, eleuatus q; sup colles. Hodie in Ierusalem cœlesti, quæ est ci-

uitas credentium in Christum, qui iam uenit, non audietur ultrà uox fletus & clamoris, sed manebunt ibi Christifideles non tantum quingentis annis, sed in perpetuũ. Vos tamen Iudęi non percipitis uerbum istud, sicut Isaias uaticinatus est cap. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini, Israël autẽ nihil cognouit, nec̃ populus meus aliqd intellexit: quasi dicat: Noluerunt intelligere & ambulare in uia recta, interpretantes scripturę loca secundum placitum suum, sciẽtes met quod uerba sua nulla fulciuntur uerita te, quemadmodũ infra explicabo, ubi dicunt Christum habiturum filios & filias. Et nonne scriptũ habetur in Thalmud in tractatu Nisa, quod Meschias non est uenturus, quousq̃ perficiantur animæ de corpore, hoc est, educãtur de illo conclaui unde uenturæ sunt animę quæ creantur. Illud siquidẽ uocant corpus. Noueritis ergo inania & futilia esse uerba eorum, quãdo expositiones texunt de futuris: faciunt enim illud ut

trium-

triumphent, pertinaciterq; manent in errore, ne si resipiscerent & desisterent à proposito suo, confusioni & ignominię subiacerent. Sed & ipsi met fatentur, propter turbam se nō audere palinodiam canere, aliàs enim occiderentur, quod oculos uulgarium sic excęcauerūt suis falsis cōsolatiōibus. Sed scio uos Iudęos obiicere nobis Christianis, id occasionem dedisse uestro tam prolixo exilio, quod IESVS natus de semine Iudęorum seipsum fecerit deum, attraxeritq; multos ex turba ad se, qui crediderunt in eum: id quod tamen pessimus error est apud uos & maiores uestros. Nonne ob id occiderunt eum, suspenderuntq; in crucem? Si bene egissent, deus magis accelerare propter illud factum debuisset redemptionem, etiam antequā finis exilij aduenisset, præsertim cum impleuissent mandatū illud, Deut. 13. Eliminabis malū de medio tui. Et nonne hoc ipsum promisit eis per Mosen ipsum? Præterea si fuerunt uerba Christi nostri mēdacia, qua

re non misit deus prophetam aliquem aut uisionem, sicut fecit in diebus regũ, quando coluerunt Baal, & alia idola, monens eos ut desisterent ab illa uanitate, redarguitq; Id autem cum factum non fuerit, licebit inferre, uerba & facta eius fuisse uera et recta. Beatus ergo uir ille qui confidit in domino atq; in Christo eius, & cuius fiducia est dominus, pro tẽpore quo sperat in eo atq; in Meschia misso in domo secũda. Habeo & alia argumẽta, quę adducere possem, probantia Meschiam iam uenisse, sed uidetur superfluum plura hic adducere, cum citauerim ea quę prȩcipua uisa sunt. Si quis tamen uoluerit mecũ inire certamen in hoc negocio, huic proferam & alias rationes atq; argumenta, si iam cõmemorata illi non fecerint satis. Sed loquere iam & tu, & id quod adhuc nosti narra mihi, & ego auscultabo.

Iudæus.

Habet & hoc memorata Haggada de Meschia, quod ille orat pro Israel, quatenus dominus deus remittat iniquitates

quitates noſtras, & ipſe ſuperſe ſuſci-
pit caſtigationes, dicitq; coram eo: ſuſ-
cipiã paſſiones, modo tu uiuifices mor
tuos noſtros, non autem iſtos tantum
mortuos, ſed & eos qui interẽpti ſunt
ab hominibus uſque in preſens, & non
eos tantum qui mortui ſunt, uerum &
qui proiecti ſunt in mare & demerſi, &
qui deuorati ſunt à lupis, pardis & reli
quis feris. Hæc autem oratio oſtendit
ipſum eſſe hominẽ & non deum, neq;
in poteſtate eius eſſe ut ſuſcitet mortu-
os. Porro paſſiões illę nihil aliud ſunt
quàm anxietas eius qua cruciat, quod
uſq; adeo remoratur, uidens populum
ſuum in captiuitate, & non ualens ſal-
uare eos, uidet quod colunt deum alie
num, & negant deum uerum, facientes
ſibi Meſchiam alium, atq; honorantes
eum. Notabis & hoc, quãdo egreſſuri
ſunt Iſraëlitę de captiuitate, contingẽt
multa & magna miracula, & non erit
uirtus ulla in magnatibus huius terræ
ut impediãt eos, quin & deus ipſe edu-
cet fontes multos in deſerto, in monti-

bus & in medio uallíum: nec íſtud tan
tum faciet, ſed & arbores ſuccreſcere
faciet in deſertis quæ umbram tranſe-
untibus præbeant, ne æſtus & ſol per-
cutiat eos: quemadmodum ſcribitur
Iſa. 41. Aperiam in excelſis locis flu-
mina, & intra ualles ſcaturigines fon-
tium. Ponam deſertũ in ſtagna aqua-
rum, & dabo in ſolitudine cedrũ, ſit-
tim, hadas atq; oliuam &c. Durabũt
autẽ in ſolitudinibus illis aquæ & ar-
bores magnæ in perpetuum, dicentq;
homines huius mundi cum trãſierint
per eas: Iſta fecit deus pro honore Iſ-
raẽl, confitebunturq; nomini domini
in æternũ pro iſto miraculo. Scriptum
proinde eſt in Iſaia.: Suſtinentes do-
minum mutabunt uires, renaſcentur
pennæ ueluti in aquilis. En Iſraẽlitæ
qui in captiuitate iſta expectant do-
minũ & nullas habent uires, rurſum
commutabunt robur, haud ſecus
quam lignum aut arbor, quæ ſi preci-
ſa fuerit, iterum immutata renouatur,
ſic Iſraelitæ itetum aſcendẽt in terram
ſuam

ſuam, perinde ſicut aquila, quę ſi per-
uenerit ad decimũ annum, eleuat ſe-
ſe in ſuperficiem firmamenti &c. ut ſu-
pra quoque memoraui.

Chriſtianus.

Et quis oſtendet uobis uiam de ter-
ris illis remotis, in qbus diſperſi eſtis,
uſque ad Ieruſalem?

Iudæus.

Deus itineris noſtri dux erit, ut ne
ſtulti quidem deuiare à recto itinere
poſſint. Siue enim quis itineribus cur-
rendis aſſuetus fuerit ſiue non, nemo
in ipſa uia aberrare poterit, quin re-
cto tramite uerſus Ieroſolymam con-
ceſſurus ſit, nec obſtabunt ſolitudines
ſqualidę, in qbus olim habitauerũt be-
ſtię malæ. Tunc enim quãdo Iſraëlitæ
tranſituri ſunt, nulli erũt in eis leones
neq; beſtię aliquæ feroces. Rurſum di-
cit Iſaias in alio loco: Qui ſunt iſti qui
ueluti nubes uolant, & ueluti colũbæ
ad habitacula ſua? dicitur autem id
de cœtibus Iſraël, qui aſcenſuri ſunt
undique ex captiuitate & magna fa-
cilitate

cilitate peruenturi instar nubium ad terram suam. Comparauit enim prophetā celerrimum ipsorū cursum nubibus. Dicit pręterea, quod uolabunt uelociter sicut columbæ cum illæ redeūt ad nidos suos. dicit quoque Daniel: Beatus qui expectat & peruenit ad dies mille, trecētos & triginta quinque. Tunc enim primum ueniet Meschias & rediget falsum cultum deorum in nihilum, eliminabitq; de mundo, & postea congregabit dispersum populum suum Israēliticum in desertum populorū, iuxta illud quod scriptum est: Et ducam eum in desertum, atque loquar super cor eorum: postea ducet Israelitas in terram suam. Sicut enim Moses redemptor primus duxit Israēlitas in deserto quadraginta annis, ita faciet redemptor nouissimus sicut scriptum est Hoseæ 2. Cantabit ibi instar dierū adolescētiæ eius & secundum diē quo ascendit de terra Aegypti. Post hæc omnia quiescent in terra sua, & lætabuntur in domino deo suo atque

atq; in Dauid rege suo. Beatus qui expectauerit & peruenerit ad dies illos.

Christianus.

En transierunt iam à tempore destructionis templi nedum mille, trecenti & 35. anni, sed multo plures, & patres uestri expectauerunt Meschiam in tempore illo, fuitq; hæc cõstans memoratorum uerborum expositio, & tamen nõdum uenit Meschias uester: unde facile infertur, uos iuxta arbitrium uestrũ peruertere scripturas. Porro alia uerba quæ citasti ex Isaia, figurati'ue sunt intelligẽda non iuxta corticem literæ.

Iudæus

Scriptum est quoque Isaiæ 49. Sic dicit dominus, redemptor Israël et sanctus eius ad eum cuius anima contemnit̃, & in abominatione est gentium, & dominantium est seruus: reges uidebunt & consurgent principes & adorabunt propter dominum qui est fidelis, & sanctum Israël qui elegit te. Sic dicit dominus: in tẽpore gratuitæ uoluntatis exaudiui te & in die salutis adiuui

adiuui te. Ego cuſtodiam te & dabo te in fœdus populi, ut reſuſcites terrã & in hæreditatem accipias poſſeſſiones deſolatas, ut dicas uinctis, exite, et his qui in tenebris ſunt reuelamini: iuxta uias paſcentur, & in omnibus locis excelſis erit paſcua eorũ. Non eſu rient neque ſitient, nec percutiet eos æſtus aut ſol, ſed miſerator eorũ ducet eos, & ad fontes aquarum perducet eos. Ego ponã omnes mõtes meos in uiam, & ſemitæ meæ eleuabunt. Ecce iſti à longe uenient, & ecce iſti ab aquilone & à mari, & iſti de terra auſtrali. Implebuntur inquam iſtæ ſententiæ quando dominus eduxerit Iſraëlem, de captiuitate. Contemptibilem in anima, dicit deus propter Iſraelem, qui contemnitur à gentibus & in abominatione earum eſt atque tot dominantium ſeruus: ſed futurum eſt ut reges intueantur eum, conſurgantque à conſpectu eius & principes adorabunt eum: idq; facient propter dominum, qui eſt fidelis auxiliator Iſraëlis.

Vt

Vt resuscitẽt terram, hoc est, restaurẽt desolationes terræ Israël, & possideãt hæreditates toto tempore captiuitatis desolationi subiectas. Dicens uinctis: Exite de captiuitate, sunt enim Israëlitæ ueluti uincti qui non habent ullam uirtutem exeundi de captiuitate & potestate gentium. Haud secus captiuitas ipsa comparatur tenebris. Pascentur proinde, quoniam ubicq; inuenient quantum illis satis fuerit, dum egressi fuerint de captiuitate, etiã in locis excelsis, ubi alias pro pecoribus nullum pascua inueniri solet propter defectũ aquæ & in locis ubi alij uiatores nihil assequi possunt, isti inueniẽt omnem sufficientiam, nullibi passuri famem aut sitim, domino prouidente illis necessaria, qui & propter eos aperiet in solitudinibus fontes & faciet crescere pro commodo eorum arbores frugiferas. Et hæc omnia miraculose illis cõtingent. In omnibus locis etiam solitudinum per quas transituri sunt, scaturiẽt fontes aquarum. Ponam denicq;

(dicit

(dicit ipſe) omnem uallem in ſublimiorem locũ, quin & omnis mons & collis humiliabunt̃, idq; miraculoſe, ne ſcilicet in itinere ſuo cogãtur aſcendere & deſcendere ad fatigationẽ. Et hæc ad literã. Poteſt quoq; figuratiua eſſe locutio, qd ſcilicet per iter illud prolixũ nõ fatigabunt̃. Aſcẽſus enim & deſcenſus fatigant ſupra modum uiatorem. deus ergo addet illis robur, ne ullo modo fatigent̃. Subijcit, pinde propheta: per mõtes meos & ſemitas meas. Siquidẽ deus nouas faciet uias per ſolitudines ubi antea nullum fuit iter. Et quando rurſum additur: Ecce iſti &c. recordat̃ quatuor plagarum orbis, in quas Iſraelitæ ſunt deiecti. Per mare intellige Occidẽtem, & per terram Sinim Meridiem, ibi enim habitant Sinei, qui à filijs Chanaan deſcenderunt.

Chriſtianus.

Et quid futurum eſt poſtquam collecti fueritis in terra Iſrael? ædificabũt ne ciuitates & colent terram?

Iudæus

Iudæus

Scriptum eſt: Aedificabunt filij alienigenæ muros tuos,& reges eorum miniſtrabunt tibi, quoniam in furore meo percuſſi te,et ex benignitate mea miſertus ſum tui. Gentes in terra tua ædificabunt muros tuos & facient opus tuum: eo enim tempore quo indignatio mea incubuit tibi, fuiſti redacta in ſeruitutem nationum: at tempore beneplaciti mei uiciſſim gentes ſeruient tibi,ſicut & reges earum. Apertę erũt portæ tuæ iugiter die ac nocte, nec unquam claudentur, ut adducant ad te facultates gentiũ, regesq; earũ pariter conducentur. Apertæ inquit erunt portæ, quoniam futura eſt pax in uniuerſo mundo. Ibunt per noctem propter calores, & reges pariter ſeſe conducẽt,ut ſcilicet ueniant ante Meſchiam ſicut ſerui ante dominũ ſuum. Siquidem mos eſt regum quando pedites aut equites incedũt, ut cauſa honoris conducantur à principibus. Gloria libani ad te ueniet, abies, buxus &

ulmus pariter ad ornandũ locum ſanctuarij mei, & locum pedum meorum honorabo. Aedificabunt enim ex lignis libani ſanctuarium, quod conſtitutum eſt è regione ſolij maieſtatis: & cum ſolium maieſtatis ſit ſedes dei, cõſequens eſt quod ſanctuarium ſit ſcabellum pedum eius, quin & porta cœli eſt ſupra ſanctuarium, & ipſum eſt ueluti umbilicus mundi, & terra Iſraël poſita eſt in medio mundi, & Ieruſalem in medio terræ Iſrael, & ſanctuarium in medio Ieruſalem, & templum in medio ſanctuarij, arca autem in medio templi, & templum ſanctitatis uocatur ſolium maieſtatis. Rurſum dixit deus ad Iſaiam. Ecce ego colloco in carbũculo lapides tuos, fundaboq; te in ſapphiris. Ponam cryſtallum feneſtras tuas & portas tuas lapides igne rutilantes atq; omnes terminos tuos lapides deſiderabiles: et filios tuos ponam doctos à domino. Fieri itaq; poteſt, quod uerba iſta ad literam impleantur, aut certe figura ſint per quam exprima-

exprimatur magnificentia quam habi
turus est Israël & abundantia bonita/
tis, quod etiam si uellent in diebus il/
lis extruere possent ædificia sua lapidi
bus præciosis. Omnes denicp filij eius
erunt docti à domino, & non docebit
ultrà uir proximum suum.

Christianus.

Figuratur per ista uerba Ierusalem
cœlestis, aut certe significatur per ea
congregatio & ecclesia fidelium, quæ
est Ierusalẽ spiritualis: sed cupio ut ali
quid amplius mihi narres de hac re.

Iudæus.

Rursum dicit Isaias. Stabunt alieni
& pascent oues uestras, atcp filij alieni
genæ erunt agricolæ uestri & uinito/
res uestri: uos autem uocabimini sacer
dotes domini, ministri dei nostri dice/
tur uobis, substantiam gentium come
detis. Intelligis ne uerba ista?

Christianus.

Non clare intelligo: tu igitur dig/
neris mihi dilucidius explicare.

Iudæus.

Ecce ſurgent alieni de loco ſuo & ueniẽt ut ſeruiãt nobis: nos uero non cogemur facere miniſteria noſtra, ſed filij alienigenæ faciẽt ea, quo nos libe riores ſimus ad ſeruiendũ deo. Præte/rea ſubſtãtiam gentium comedemus, quia præter id quod nobis ſeruituræ ſunt in terra noſtra, adducent nobis quoque munera, aurum & argentum atq; omne bonum de terra ſua, & nos non cogemur ut egrediamur de terra noſtra pro mercatura exercenda & lu cro acquirendo: ſiquidem in terra noſtra potiemur bonis mũdi. Rurſum dicit propheta: Et cognoſcet in gen/tibus ſemen eorum, atq; progenies eo rum in medio populorũ: omnes qui uiderint eos, agnoſcent eos, quod ſint de ſemine cui benedixit dominus. Cumq; iuerimus per terras gentium deambulatum aut ad negociandum, etiam ſi illis non opus habituri ſimus, cognoſcemur ob magnos honores in quibus tunc erimus, incedemusq; ho/norifice ueſtiti, & dicturi ſunt homi/

nes de nobis: iſti ſunt filij Iſraël, iſti ſunt ſemen cui benedixit dominus. Sed & iuuenes noſtri ibunt pro deſiderio ſuo ad cõtemplandum terras gentium. Deus quoque innouabit aërem bonum, ita quod Iſraëlitæ ſani uiuent multis annis. Adijciet quoque terræ uim ſingularem, ſicut dicit̃: Ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam, & non memorabuntur priora.

Chriſtianus

Morientur ne homines in terra illa, aut uiuent in perpetuum?

Iudæus.

Non morientur gladio, quia non erit ibi bellum, neq; erit mors naturalis niſi poſt multos annos, quando ſcilicet homo fuerit plenus dierũ. Cum autem mortuus fuerit non flebunt ſuper eo, ſicut ſcriptum eſt: Non audietur in Ieruſalem ultrà uox fletus aut uox clamoris. In tempore quoq; illo non dicent de ſene quod impleuerit dies ſuos, donec attigerit trecenteſimum aut quingenteſimum annũ & ul

trà, quales etiam fuerunt ętates primę in principio mũdi. Dies autẽ illi qui iam in mundo reputantur pro ſenectute, tunc erunt dies iuuentutis, cenſebunturq; homines tunc ueluti pueri creſcentes, ſicut ſcriptum eſt: Adhuc fructificabunt in ſenectute, pingues & florentes erunt, contrario ſcilicet more ſenum: unde & alibi ſcriptum eſt: Puer centum annorum morietur, hoc eſt, ſi moriatur aliquis in centeſimo anno, q̃d fiet propter iniquitatem eius, dicent de eo, quod puer mortuus ſit. Exponit autem idipſum in hunc modum: Qui peccauerit filius cẽtum annorum, maledicetur, quaſi dicat, maledictio dei erit ſuper eũ. Tunc nõ ædificabunt & alius inhabitabit, ſicut nunc fit, neque plantabunt & alius comedet, ſed iuxta dies arborum erunt dies populi mei, hoc eſt, electorũ meorum, quoniã illi dũtaxat habebũt longiſſimos dies, idq; non ſine miraculo, non autem reliqui populi. Vnde Ionathan interpretatus eſt eũ locũ in hunc modum

modũ: Viuent inſtar dierum arborũ. Rabini autẽ noſtri aiunt, arborẽ uitæ durare quingentis annis. Sunt etiam qui dicunt futurã mutationẽ aliquam in natura ſegetis tempore redemptoris, quod ſcilicet in uigore conſeruabitur inſtar uitium, & non erit opus ſingulis annis nouum ſeminare frumentum, ſed una dũtaxat uice ſeretur ſicut uitis ſemel plantatur: & poſtquã collectum fuerit frumentũ, ſeges ipſa ſeu culmi manebunt uirentes in ſequentem annum. *Chriſtianus.*

In quo loco ſcripturæ inuenerunt iſtud rabini ueſtri?

Iudæus.

In Hoſea. Is em̃ ſic ait: Cõſeruabũt frumẽtum & florebũt inſtar uitis. In tẽpore quoq; illo, ſi poſtulauerint à deo benedicto pluuiã, dabit eis q̃ tũc fuerint. Dabit et unicuiq; herbas in agro, p uoto ſuo. Dicũt p̃terea magiſtri noſtri, q̃d illo tẽpore cũ Iſraëlitæ fecerĩt uolũtatẽ dei, faciet et ipſe uolũtatẽ eorũ, ita ut ſi gſpiã ſolus opus habuerit pluuia,

daturus sit illi soli pluuiã: aut si aliquis eguerit pluuia pro herba una in agro aut horto suo, daturus sit illi herbę soli pluuiã. Et hoc est quod dicitur Zach. decimo: Postulate à domino pluuiam, & pluuiã copiosam dabit eis, unicuiq; herbę in agro. *Christianus.*

Quia incidisti in Zachariam, dic mihi quomodo intelligas uerba ista quæ in eo scribuntur: Nunquid cõuertetur uniuersa terra quasi in planiciem?

Iudæus.

Dicam tibi. En cuncta terra circum Ierusalẽ, quæ nũc est montosa, ut apud Psalten quoq; habetur, tunc erit plana instar planiciei campestris, eleuabit̃q; & eminebit supra uniuersam terrã, etiamsi iam quoq; sit eminẽtior omni terra Israël propter montes qui sunt in circuitu eius, ob quos altitudo eius uideri nequit: illo autem tempore quando tota terra per circuitum eius complanabitur, uidebitur eminentia eius ultra omnes terras. Quapropter & in prophetia Isaię sic habetur: Erit mons domus domini

mini paratus in uertice montiũ, eleua/
bituŕq; ſupra colles. Quin & multi a/
gri qui iam uicini ſunt Ieroſolymę, tũc
erunt intra mœnia urbis, & urbs illa ex
tructa deinceps nunquam diruetur, ſi/
cut ſcriptum eſt: Ecce dies ueniunt di/
cit dominus, & ędificabitur urbs domi
ni à turri Hananeel uſq; ad p̨portam an/
gularem &c. nõ deſtruetur neq; dirue/
tur in ętternum. Dicitur quoq; in Pſal/
mo: Si dominus nõ ędificauerit domũ,
fruſtra laborant qui ędificant eam: hoc
autem dicit de ſanctuario & de ciuita/
te Ieruſalem. Ecce ab illa die qua deua/
ſtata eſt domus domini, & in captiuita/
tem ducti ſunt Iſraẽlitæ & urbs deſtru/
cta, fuit Ieruſalẽ iam reædificata, & iam
rurſum deſtructa, quia fuit in poteſtate
Idumæorũ, & poteſtate Iſmaẽlitarum,
& p̨ ſingulos annos bella excitata ſunt
propter eam. Iſti extruũt eam, & illi rur
ſus deſtruunt eam, eo quod non ſit uo/
luntas domini, quod gẽtes cõſtructam
eam ſeruent, & ideo fruſtra laborãt qui
ędificant eam, & fruſtra mane ſurgunt

qui cuſtodiunt eam. Primum Idumæi ſubegerunt Ieruſalem: poſtea illis quieſcentibus ſuperuenerunt Iſmaëlitæ & multa bella geſſerunt cum Chriſtianis acceperuntq; urbem de manu eorũ, & continuũ fuit inter eos bellũ, durabitq; illud diſſidiũ, labor & conatus pro urbe poſſidenda, donec uenerit redemptor & rex Meſchias, cui tradet dominus deus Ieruſalem citra omnẽ laborẽ.

Chriſtianus.

Aedificabitur ne tunc ciuitas & templũ, ut ea Ezechiel uidit in ſpiritu prophetico?

Iudæus.

Etiam. Siquidẽ dicit in hunc modũ. In uiceſimoquinto anno captiuitatis noſtrę, in principio anni in decima mẽſis, in ipſa die duxit me deus ad terram Iſraël, & ſtatuit me ſuper montẽ excelſum ualde, ſuper quẽ erat quaſi ędificium ciuitatis à meridie. Quoniam in die propitiationis remittet deus iniquitatẽ Iſraël, & peccati eorũ nõ recordabitur amplius. Aedificabitq; templũ in monte, & urbs Ieruſalem uicina erit ei à meridie

ridie. Ibi oſtendit dominus Ezechieli ſtructurã templi futuri, ut non deficiat ſpes ipſorũ Iſraëlitarum, ſed ſciant ſe redituros in terrã ipſam, habitaturoſq; in ea ſecure. Et erit ſtructura templi multo maior q̃ fuerit à principio, tam & ſi in figura & diſpoſitione nõ diſcrepatura ſit. *Chriſtianus.*

Habuit Ezechiel hanc uiſionem in ipſa captiuitate Babylonica, antecq̃ extrueretur domus ſecunda, ideo non poteſt intelligi de ædificio templi tertij. Rurſum hic quero à te, quo anni tempore Iſraëlitę cõceſſuri ſint in terrã ſuam, poſtq̃ uenerit Meſchias ueſter.

Iudæus.

Iam id dixi tibi, nẽpe q̃ in die propitiationis. Tũc eñ remittet deus iniquitatẽ Iſraëlis. Sed in mẽſe Niſan liberabunt̃, q̃ mẽſis et antea cũ liberarent̃ de Aegypto initiũ fuit redẽptionis. Ante Niſan quidẽ egredient̃, & aſcendẽt uerſus terram promiſſionis, at in prima die mẽſis illius cõſummabit̃ ędificiũ templi, dedicabunt̃q̃ altare in ipſa die. Et cum fuerint

rint in ipsa profectione, iudicabit eos deus in deserto, sicut scriptum est: Viuo ego dicit dominus deus, & educã uos de populis, congregaboq; uos de terris in qbus dispersi estis, & ducam uos in desertum populorum, & iudicabo uos ibi facie ad faciẽ sicut iudicaui patres uestros in deserto terrę Aegypti. Cuius loci sensus hic est: Cum eduxero uos de populis, non ducam uos ad terram Israël, donec iudicauero uos in deserto populorũ: ibi enim sumam ultionem de uobis & perdam rebelles & iniquos quosque quos inuenero in uobis: accipiam iudicium meum ex uobis in loco ubi nullus inuenitur homo, qui trãseat aut redeat, ne scilicet gentes uideant malum uestrum, lætenturq; super uobis. Dicit autem, facie ad faciẽ, id est, inter me & inter uos unicè sine ullo mediatore.

Christianus.

Credent ne tunc omnes gentes in unum deum?

Iudæus.

Non erunt tunc uariæ fides in orbe sicut

ſicut nunc, ſed cõuertetur ad populos labium electum, ut omnes inuocẽt in nomine domini, ſeruiantq; ei humero uno. Tunc enim implebitur id quod ſcriptum eſt. Ad congregandum omnes gentes, ut ueniant & uideant gloriam meam. Ponam in eis ſignum, & emittam ex eis reliquias ad gentes, ut annũcient gloriam meã, & adducant cũctos fratres ueſtros ex omnibus gẽtibus, munus domino, in equis & curribus. Quaſi dicat: ego efficiã, ut ueniant omnes gẽtes cũ Gog & Magog, uideantq; gloriam meam qua glorificabor in eis, & reſiduos aliquos faciã, qui pergant in omnes terras & annũcient gloriam meam in gentibus, quæ non uenerunt in Ieruſalem. Cumque audierint iſtud grande miraculum, quod fecit deus in caſtris Gog & Magog, adducent filios Iſraël in equis & curribus, pro munere ad dominum, adducentque eos pulchre ueſtitos, equis & curribus impoſitos & ſtabit ſermen Iſraël cunctis diebus ſeculi, nec

unquam

unquam peribunt Iſraẽlitę aut in exili
um ducentur de terra ſua, ſicut cogita
uerant gentes illæ quæ uenerant cum
Gog & Magog ad oppugnandumle
roſolymam, quę cogitauerant abduce
re Iſraẽlem & abolere nomen eorum.
Rurſum dicit propheta: Et ueniet om
nis caro, ut adoret ante faciem meam
ait dominus. Omnes enim ex cunctis
nationibus relicti, uenient ſingulis an
nis Ieroſolymam, ut adorent regẽ cœ
li, celebrentq; feſtiuitatem tabernacu-
lorum: dicit ſignanter feſtiuitatem ta-
bernaculorum, quod prælium Gog &
Magog futurum ſit in illo tempore.
Venient quoq; gẽtes ex omni plaga,
ut quærant pacem Iſraẽlis, afferentes
eis munus, ſicut ſcriptũ eſt: Sic ait do-
minus: ecce ego extendo ad eam, ſci-
licet Ieruſalem, quaſi fluuium pacem,
& quaſi torrentẽ inundantẽ gloriam
gentiũ. Non quod noceat inſtar in-
undantis torrẽtis, ſed ſicut torrens in-
undans uenit repente, ſic ſubito ueni-
et ad eos gloria, id eſt, opes gentium.

Et

Et cunctis diebus ſeculi nationes mũ/di ſeruient Iſraẽli, & Iſraelitæ dominiũ habebũt in hoſtes ſuos, ulciſcenturq; ſeruitutẽ illam qua gentes abuſę ſunt ſeruitio eorum cunctis diebus captiui/tatis. Sed & iam cunctæ gentes q̃ non ſeruiunt Iudæis debitores ſunt mortis & exterminio dignæ, ſicut ſcriptũ eſt in Iſaia: Surge & illuceſce, quia gens & regnum quæ non ſeruierũt tibi, in/teribunt. Omni ergo tempore quo ſer/uitia exhibent Iſraëlitis, habent ſpem erectam, ſicut dicitur: Et ſtabũt alieni & paſcent oues ueſtras: & filij alieni/genæ erunt agricolæ & uinitores ue/ſtri. Vnde patet, uos debere nobis ſer/uire omni hora, ad implendũ illud q̃d dicit̃: Maior ſeruiet minori. Eſt quoq; ſcriptum apud uos, quod dixerit ſan/ctus Iohannes: ſunt in honore habẽdi Iudęi, nã ſalus noſtra uenit ex eis.

Chriſtianus.

Illud poſtremũ falſum eſt, quoniam non ſcriptum eſt in libro Iohannis, q̃d uos Iudæi honorãdi ſitis à Chriſtianis, ſed

ſed tu addidiſti illud uerbis Meſchiæ noſtri, qui illud nõ dixit. Porro hactenus mihi non dixiſti, quis ſit Gog & quis Magog, & quando futurum ſit bellum eorum contra Iſraëlitas.

Iudæus.

Magog nomẽ eſt proſapię, & Gog nomen regis regnãtis in illa natione. Venit autem Magog ex filiis Iaphet. Et ecce aiunt, quod à diebus Alexandri regis Græcorum fuerunt poſteri Magog clauſi in extremitate Aquilonis, quos ibi Alexander clauſit intra mõtes unde hactenus non ſunt egreſſi, ſed egredientur tempore ſalutis, poſtquam Iſraël egreſſus fuerit de captiuitate. Sic enim ſcriptum inuenimus, quod Alexander Macedo clauſerit Gog & Magog intra montes magnos & altos, ex quibus nullus patet exitus niſi in uno duntaxat loco, ubi conſtituit ædificium fortiſſimum, cuius muri ſunt ferrei, ut nemo hinc poſſit egredi. In illo quoq; muro fecit mirabili induſtria homines ferreos, qui

qui iugiter ueluti malleis & ſecuribus percutiunt ſuper murum ferreum, ut homines qui intra montes latent, putent ędificium illud perpetuo continuari & fortificari, ne ulli eorũ unquam pateat exitus. Et ædificium illud non diruet̃ neq; exitus aliquis fiet, donec ueniat dies ille magnus & horribilis quãdo domino placuerit ut hinc egrediantur: tunc enim diruentur montes, cadent gradus, & totus murus corruet in terrã. Nam ſic dicit dominus deus: Ecce ego ad te Gog, & educam te & omnẽ militiã tuã, equos & equites indutos ornamẽto multiphario, congregationem magnã cum clypeis & ſcutis & qui omnes tenent gladios. Perſæ, Aethiopes & Phutei cum eis, qui omnes ſcutum habent & aleam. Gomer & cũcta agmina eius, domus Thogarma, latera Aquilonis. In die illa cum ſederit populus meus Iſraël, cõfidenter, tu ſcies & uenies de loco tuo de lateribus Aquilonis, tu & populi multi tecũ. Aſcendesq; contra popu-

lum meum Israël quasi nubes ad operiendũ terram, & erit in die illa cõmotio magna super terrã Israël. Cõmouebunt enim à facie mea pisces maris & uolucres cœli, bestię agri & omnia reptilia atq; cuncti homines qui sunt in superficie terræ, & diruent montes, cadẽt gradus atq; omnis murus corruet in terrã. Et uocabo cõtra eũ in cunctis montibus meis gladiũ dicit dominus deus, gladius uniuscuiusq; stringetur in fratrẽ suum.

Christianus.

Mirabilia sunt ista uerba prophetę: sed prosequere sermonẽ tuum, & narra quicquid nosti. *Iudæus.*

Sequitur: Iudiciũ subibo cum eo in peste & in sanguine, sed & pluuiã inundantẽ & lapides grandinis, ignem & sulphur pluam super eum & super populos multos qui sunt cum eo. & magnificabor atque sanctificabor & cognoscar in oculis gentium multarum, cognoscentq; quia ego dominus. Kursum dicit dominus: ecce ego

contra

contra te Gog, & retundam te & ſex pœnis afficiam te, faciamq; te aſcendere de lateribus Aquilonis, & excuciam arcum tuum de manu ſiniſtra tua, ſed & ſagittas tuas proñciam de manu tua dextra. In mõtibus Iſraël cades tu & omnia agmina tua & populi qui ſunt tecum: uolatilibus & omni pennato atque beſtijs agri tradidi te in cibum. Ecce dicit futurum in illo bello magnum tumultum, cui & Zacharias alludit, qui in prophetia ſua ſic habet: Rumpetur mons oliuarum. Item gladius cuiuſque ſtringetur in fratrem ſuum in illo tumultu domini, nec relinquetur ex eis niſi ſexta pars multitudinis, & illi ibunt ad omnes terras, ut denuncient gloriam domini in gẽtibus ne ueniãt cõtra Ieruſalem. Vel, iudicabit eos ſex iudicijs, nempe, peſte, ſanguine, pluuia inundante, lapidibus grandinis, igne & ſulphure. Quod autem dicit, piſces maris & uolucres cœli & c. id hyperbolice noueris dictũ, ad indicandũ magnitu-

dinem futuri tumultus.

Christianus.

Quare intelligis tu id quod de piſcibus maris dicit̃,&c. hyperbolice,reliquã aũt prophetiæ partẽ exponis ſecũdũ literã? Et ubi queſo ſcriptũ habet̃, quod Alexander rex Greçorum clauſerit filios Magog intra montes? Sed continua prophetiã iſtam, ut cœpiſti.

Iudæus.

Iterum dicit Ezechiel: Et egredient̃ habitatores ciuitatum Iſraël & ſuccendent atq; comburent arma,clypeos & haſtas,arcus & ſagittas, baculos manuum & lanceas,ſuccendent inquam in eis ignem ſeptem annorum. Et non portabunt ligna de campo, neq; ſecabũt de ſyluis, ſed ſuccẽdent ignẽ cum armis,hoc eſt,non erit illis opus ut ſecent ligna ex ſyluis, ſed ſatisfaciẽt eis arma bellica. Dicit præterea: Et erit in die illa, dabo ipſi Gog ibi locum ſepulchri,nempe in Iſraël, in ualle tranſeuntium ad orientem maris, & obturabunt tranſeuntes nares, ſepelientq; eos

eos ibi domus Israël, quatenus purgent terram septem mensibus. Fœtor occisorũ faciet, ut transeũtes per uiam obstruãt & claudãt nares suos à fœtore illo pessimo. Occupabunturq; populus terræ in sepultura eorum septẽ mensibus, etiam gẽtes quæ ad adorandum uenerint, egrediẽtur extra Ierusalem in uallem Iehosaphat, ut uideant cadauera exercitus Gog & Magog, qui inique egerunt conta deum. Et quamuis sepeliant eos domus Israël quatenus repurgent terram septem mensibus, possibile est, quod uideant in illis septem mensibus iudicium illorum impiorum hominum, quoniã uidebunt cadauera eorum plena uermibus corrodentibus eos, & ignem ardẽtem in eis, sicut scriptum est: Egredientur et uidebunt cadauera hominum illorum qui peruerse egerunt contra me, quoniam uermis eorum non morietur, neq; ignis eorum extinguetur.

Christianus.

Multiplicasti hactenus uerba de uarijs

rĳs rebus,uellẽ ut ea mihi nũc cõpendio quodã repeteres, q̃ hic & ſupra in mediũ adduxiſti. *Iudæus.*

Faciã, referamq́ tibi quindecim reſponſiones, quinque ex ſcriptura & quinq́ ex Cabala & quinque ex oculari demonſtratione. Ex quinq́ quæ ex ſcriptura adducuntur, hæc eſt prima: Scriptũ habeẽ, q̃d omnes congregabuntur de quatuor plagis terræ ut ueniant in Ieruſalem,& non manebit reſiduus uel unus ex eis in terra aliena,colligamq́ eos ſuper terram ſuam, & neminem relinquam ibi amplius &c. In diebus autem templi ſecundi nõ ſunt cõgregati de Iſraẽl niſi ut ſcriptum habetur,omnis congregatio pariter quatuor myriades, duo milia,trecenti & ſexaginta. Et pro conſolatione noſtra dicitur, quod Iſraelitæ congregabuntur in diebus ſalutis ex inſulis ipſis,de Elã,de Sinear,& Hamath: tempore autem domus primæ non uenimus quod unus ex eis translatus fuerit ad inſulas maris, & ex conſequenti

quenti nullus hinc fuit recollectus.

Christianus

Non est in ore uestro ulla ueritas qui pro libito uestro peruertitis loca scripturę. Siquidem memorata scriptu rę loca intelligenda sunt de congrega tione dispersionis Babylonicę: de qua sic scriptum legimus in libro Ezre: Re cordare quæso uerbi quod precepisti Mosi famulo tuo dicens: uos pręuari/ cabimini, & ego dispergã uos in po/ pulos, et reuersi ad me custodietis p̃ce pta mea, facietisqúe ea. Si fuerit expul/ sio uestra usque ad cœlorum extremi tatem, inde congregabo uos & redu/ cam ad locum quẽ elegi ut ibi ponerẽ nomen meum. Quod si obieceritis, dominum dixisse in Ezechiele: Con/ gregabo eos ad terram suam, & non relinquam ex eis ullum: tempore au/ tẽ Ezrę non omnes Israëlitæ redierũt ad terrã suam: respõdeo istud nõ esse uerũ, cũ Ezra sic dicat: Et habitauerũt omnes Israëlitę in ciuitatibus suis et c.

Est præterea notandū quod scriptum habetur in Deuter. de captiuitate Babylonica: Et reducet dominus deus tuus captiuitatem tuam & miserebit tui, & conuersus congregabit te ex cunctis populis, ad quos dispersit te dominus deus tuus. Si fuerit expulsio tua in extremitate cœlorum, inde congregabit te dominus deus tuus, atque inde assumet te. Et introducet te dominus deus tuus in terrā quam possederunt patres tui, & in hæreditatem accipies eam.

Iudæus.

Si tu uolueris in hūc modū carpere uerba mea, nō loquar amplius coram te de hac re.

Christianus.

Ne quæso feceris istud, quoniā ponam digitum super os meum.

Iudæus.

Responsio secunda inuenit in Ezechiele: Non polluētur amplius in immundicijs & abominationibus suis &c. Et Dauid seruus meus regnabit super eos, habebuntq; omnes ipsi pastorem

ſtorem unum: & ponam ſanctuarium meũ in medio eorũ in ppetuũ. Tertia cõmemoratã in Iſaia pro cõſolationi/bus Zion: Et ædificabũt filij alieni muros tuos & c. In cõſtructione autẽ templi ſecundi non permiſſi ſunt Iſraëlitæ ut iuxta uoluntatem ſuam extruerent templum, ſed continuo bellis fuerunt laceſſiti, quo ſic impedirentur in ædificando: ſicut ſcriptum eſt: Vna manu faciebant opus & altera tenebant gladium. *Chriſtianus.*

Ne quæſo moleſte feras, ſi uel hac uice loquar. Ecce Cyrus rex Perſarũ qui fuit alienigena, fecit extrui domũ domini, & permiſit filijs Iſraël ut redirent in terram ſuam & propterea memorata prophetia fuit impleta ſecundum literam in templo ſecũdo, quod per alienigenas iuxta Iſaiæ uaticiniũ, ſed non ſine iuſſu dei, fuit extructum. Sed perge & narra mihi quartam reſponſionem. *Iudæus.*

Scriptum eſt pro conſolatione noſtra: Et apertæ ſtabunt portæ tuæ iugi

ter per diem & per noctẽ. Pro diebus autem templi ſecundi ita ſcriptum habetur: Non aperiebantur portæ Ieruſalem donec incaleſceret ſol, quin & quam diu ſtatus eorum durabat, claudebant fores.

Chriſtianus.

Loquitur ibi propheta allegorice aut hyperbolice, ſicut quoque ibidem dicit: Non habebis ſolem pro luce diei &c. loquere iam tu.

Iudæus.

Quinta reſponſio habetur in Iſaia pro cõſolationibus noſtris: Siquidem gens & regnum quæ non ſeruierint tibi, peribunt: in diebus autem templi ſecundi fuerunt iugiter oppreſſi ſeruitute à regibus gentium, ſicut ſcriptum eſt: Ecce nos hodie ſeruitute premimur, & terra quam dediſti patribus noſtris ut edant de fructibus eius ſatientur q́ plenitudine eius, en nos hodie in ea ſumus ſerui.

Chriſtianus.

Iam dixi q̃d totus ille Iſaię locus intelligẽdus eſt allegorice aut hypbolice.

Iudæus

Iudæus.

Narrabo tibi nunc quaſdam reſpõ-
ſiones ex Cabala.

Chriſtianus.

Et ego libens auſcultabo uerbis tu-
is, ſi modo ueritatem & non mendaci
um dixeris. *Iudæus.*

Prima ex Cabala reſponſio eſt: Sic
dixerunt ſapientes noſtri, quod in die
bus Meſchiæ cõburent ligna, in exer
citu Gog & Magog collecta, ſeptem
annis, ut etiam ſeptem illis annis non
opus habituri ſint alijs lignis cum ita
ſcriptum ſit: Armis ſuccendent ſeu nu
trient ignem & c. *Chriſtianus.*

Non dixit Ezechiel quod ſeptem
annis combuſturi ſint ligna bellica, ut
alijs lignis non ſint opus habituri, &
idcirco uerba ſapientum ueſtrorum
ſunt ficta & non uera. Eſt præterea
dicendũ, prophetiam illam eſſe figu-
ram quandam obſcuram, cuius inter-
pretatio nec uobis nec adhuc nobis ſa
tis eſt clara.

Iudæus.

Secunda

Secunda est. Aiunt prophetæ, tempore Meschiæ exiccandum Nilum fluuiũ Aegypti in uno loco, & fluuium Euphraten in septem locis, quatenus scilicet redemptis Israëlitis pateat trãsitus. Cum ita scriptum sit in Isaia: Et excitabit dominus linguã maris Aegypti, ut pateat iter reliquijs populi eius. Tertia: dicunt prophetæ quod in diebus Meschiæ rũpendus sit mons oliuarum per medium uersus plagam orientalem, diuidendus scilicet in duas medietates. Vna medietas inclinabitur uersus aquilonem & altera uersus meridiem: per rupturam uero seu hiatum curret fluuius magnus: cum ita scriptum sit in Zacharia: Et rumpetur mons oliuarum per medium ad ortum & occasum &c. Et sequitur: In die illa egredientur aquæ uiuæ de Ieru salem. Quarta proponitur in Ezechiele, quod scilicet templum reædificabitur iuxta figuram & similitudinem suam primam. Quinta in eodem loco explicatur, quod egressuræ sunt

aquæ

aquæ uiuæ de ſanctuario, ad quarum utrancꝫ ripam creſcent arbores frugiferę eſui accõmodę &c. In diebus autem templi ſecundi, nihil horum adhuc factum conſtat.

Chriſtianus.

Verba prophetarum non ſemper intelligenda ſunt iuxta ſonũ dictionum, ſed in ſpiritu & ſecundum allegoriam.

Iudæus.

Quinꝫ reſponſiones quæ colligun tur ex demonſtratione oculari, ex prophetis habentur, qui aiũt, quod omnes populi credituri ſunt in deum, cum ita ſcriptũ ſit: Erit deus rex ſuper omnem terram: in die illa erit deus unus & nomen eius unum: modo autẽ gentes credunt & habent multas fides, faciunꝫ ſicut fecerunt ab initio.

Chriſtianus.

Licet uariæ & multę ſint fides, nihilominus omnes gentes & populi credunt in unum deũ, qui creauit cœlum & terram, exceptis paucis hominibus qui colunt idola. Ex omnibus tamen genti-

gentibus quidã homines inueniuntur qui credunt in dominum cœlorum.

Iudæus.

Secunda demonſtratio ocularis ex prophetis quoque habetur, qui aiunt, quod omnes Iſraẽlitæ erunt in quiete & pace, ſecuri ab omni infeſtatione externorum regnorum : ſicut dicitur in Iſaia : Iurauit dominus, ſi dedero frumentum tuum amplius hoſtibus tuis in cibum: hactenus autem nos ſeruituti addicti ſumus ſub populis. Tertia, dicunt prophetæ, amplius nõ futurum bellum in mundo. Nam ita ſcriptum eſt: Arcum & gladium confringam de terra. Et rurſum dicitur : Non leuabit gens contra gentem gladium, neque diſcent amplius præliari. Hactenus autem belligerantur, iſte populus contra illum, & uir occidit proximum ſuum, rixãturq; inuicem, populus cum populo, princeps cum principe, & omnis terra plena eſt rapina & direptione ſicut à diebus antiquis.

Chri

Christianus.

Cogor hic interrumpere uerba tua atque eisdem respondere: Ecce dictio od, id est, ultra, aliquando in Hebraismo capitur pro, in æternum, aliquando pro tempore magno, & aliquando etiam pro tempore paruo, ut est in illo loco: Non uocabitur nomen tuum ultra Iacob, sed Israël erit nomen tuum: & tamen mox ibidem ter uocatur Iacob. Sic in libro Samuelis dicitur: Non addiderunt Philistæi ultra uenire intra terminos Israël, qui tamen ascenderũt in terram Israël post mortem Samuelis. Sic hic dicitur: Non erit ultra bellum, hoc est, non erit bellum eo tempore quando Meschias uenerit, natusq; fuerit, quemadmodum etiam fuit tempore Augusti imperatoris, quando natus est Christus noster in magna pace, ut homines tunc potuerint confringere & commutare gladios suos in uomeres & lanceas in falces si uoluissent. Is enim loquendi modus consuetus est prophetis.

Iudæus

Iudæus.

Quarta exprimitur quoq; per prophetas, quod pascentur simul lupus & agnus, & leo instar bouis comedet paleas, & puer sugens ludet super foramine aspidis: hęc autem animalia iam nociua sunt à diebus antiquis.

Christianus.

Paulo post respõdebo tibi super hac prophetia.

Iudæus.

Quinta hæc est: Terra Sodomæ redificabitur sicut fuit ab initio, cum ita scriptum sit: Et reducam captiuitatem Aedom & uiculos eius. Ab initio autẽ fuerunt aquæ Sodomæ dulces & irrigantes terram, sicut scriptum est: Et leuauit Lot oculos suos, & uidit totam planiciem Iordanis, quæ tota erat irrigua: nunc autem in hodiernum usque diem aquæ illæ sunt exiccatæ & salsæ. En omnes istas consolationes futuras adhuc expectamus. Faxit deus ut cito ueniant in diebus nostris, Amen, sæla.

Christianus.

Longe digressi sumus à nostro prio ri ser-

rī ſermone, quando loqui cœpimus de bello Gog & Magog. Nunc igitur tu narra mihi quid futurum eſt poſt bellū illud. *Iudæus.*

Occupabūtur in diebus illis omnes inſapientia, ut cognoſcant dominum, ſicut ſcriptum eſt: Implebitur terra cognitione domini. Tunc implebitur id qđ dixit Ieremias: Vox gaudij & uox lætitiæ erit, dicentóq; omnes: Confitemini domino exercituum, quoniam bonus eſt dominus, quoniam in æternum miſericordia eius, & adducent oblationem pro gratiarumactione in domum domini. Non dicit quod adducturi ſint oblationē pro peccato & pro delicto, quia in tempore illo nō erunt inter eos impij & peccatores, ſed omnes agnoſcent dominū. Hinc eſt quod dixerunt Rabini noſtri: Omnes oblationes euacuabuntur in nouiſſimo tempore præter oblationē gratiarumactionis. Præterea in diebus illis nō dicent amplius, Patres comederūt uuam immaturā, & dentes filiorum obſtupeſcēt, quia tunc

peccatores imminuentur, necꝫ peccan
tes in tempore illo peccabunt grande
peccatum. Tunc cognoſcent populi,
quod deus rex eſt ſuper omnia, nec eſt
alius preter eũ, uenientꝫ Ieroſolymam
ut diſcãt iudicia dei & leges eius, quem
admodũ dicit: Venite & aſcẽdemus ad
montẽ domini, ad domũ dei Iacob, &
docebit nos uias ſuas, ibimusꝫ in ſemi
tis eius, quia de Zion exibit lex, & uer
bum domini de Ieruſalem. Ipſe iudicia
decernet inter gentes, & arguet popu/
los multos, contundentꝫ gladios ſuos
in uomeres & lanceas ſuas in falces. Lo
quitur hic propheta de Meſchia. Nam
ſi excitatũ fuerit inter gentes bellũ aut
natę queſtiones, ueniẽt in iudiciũ ante
regem Meſchiã, qui erit dominus om/
nium populorum, & ipſe arguet eos, di
cetꝫ ad eum qui reus inuentus fuerit:
Corrige prauitates quas feciſti contra
illum qui te prouocauit ad iudiciũ. Et
propter hanc cauſam non erit bellũ in/
ter populũ & populũ, quia rex Meſchi
as pacificabit eos. Necꝫ opus habebũt

inſtru

instrumẽtis bellicis, sed cõtundent ea: ut faciant ex eis instrumenta rustica. In die illa exaltabitur dominus solus, qui & in uniuersum exterminabit idola. Et quanquam idola iam cessauerint inter quosdam populos, inueniuntur tamen adhuc in oriente quidã qui colunt idola, quin & illi inter cultores idolorum recte censebuntur, qui genua flectunt, & faciunt imagines. In diebus autem Meschiæ penitus extirpabuntur idola.

Christianus.

Hodie & à multis annis nõ sunt nec fuerunt idola in mundo, sicut etiam supra dixi, sed omnes gentes adorant deum unum, necꝫ nos Christiani adoramus & colimus imagines sicut uos Iudæi putatis, necꝫ credimus uim ullam esse in imaginibus, ut possint nobis aliquod ferre auxiliũ, sed quidam ex nobis adorant & colũt Christũ nostrum iuxta imagines, sicut patres quoꝫ uestri in domo prima olim adorabant & colebant deum iuxta arcam sanctuarij

Sed derelinquamus ista aut in aliud tẽpus reseruemus, quoniam cupio audire aliquid ex te de iumentis quæ erunt tempore Meschię uestri.

Iudæus.

De iumentis sic habes scriptũ in Isaia: Morabitur lupus cum agno, & pardus cubabit cum hœdo, & uitulus, catulus leonis & pecus simul erunt, ducetq; eos pariter puer paruus. Sed & uacca atq; ursus pascẽtur, atq; simul cubabunt pulli eorum, & leo ut bos comedet paleam, ludetq; infans super foramine aspidis, & super cauerna serpentis ablactatus puer manum suam mittet, & non nocebunt, neque pernicioſi erũt in uniuerso monte sancto meo, eo quod terra plena sit cognitione domini, sicut aquę operiũt mare. Sũt hic quidam dicẽtes, ꝙ in diebus Meschię mutabuntur naturæ animaliũ & iumentorum, erũtq; sicut fuerũt à principio creationis, & sicut in arca Noah. Nam si à principio creationis leo deuoraſſet ouem, interciditſet ſpecies una creatiõis.

Chri-

Christianus

Quid igitur comedit tũc leo & alia rapacia animalia, quæ iam carne uescuntur?

Iudæus.

Si inquam leo comediſſet carnem alicuius beſtiæ aut iumenti, certe priuatus fuiſſet mundus illa creatura, cũ omnia animalia primum nata fuerint utroqꝫ ſexu, maſculus & fœmina & nihil amplius, nec potuerunt rapacia animalia famem ferre donec deuorabilia pecora genuerunt pro cõſeruatione ſuæ ſpeciei alia indiuidua. Neceſſe igitur fuit quod interim comederint herbas campi donec genita & educata fuerunt pecora deuorabilia, tunc & deinceps natura eorum cœpit paſci carnibus. Idem ſentiendum de eis pro tempore quo fuerũt in arca Noah. Si enim rapacia tunc comediſſent raptibilia, defeciſſet in mundo ſpecies una, cum bina duntaxat & bina introducta fuerint in arcam & non amplius in una ſpecie, niſi malis dicere, ſeptem & ſeptem introducta de pecoribus mun

dis pro neceſſitate rapacium. Sunt etiam qui iſta exponunt figuratiue, quia lupus & pardus, urſus & leo deſignãt impios, tyrannos & uiolentos raptores, qui incumbunt debilibus & pauperibus ſicut beſtię rapaces pecoribus raptibilibus. Nam ouis, uacca, uitulus & hœdus deſignãt pauperes terræ. Tanta autem pax erit in diebus Meſchiæ in terra, ut nemo malum illaturus ſit proximo ſuo. Hæc expoſitio mihi non probatur, cum propheta dicat: Non nocebunt neq; pernitioſi erunt in uniuerſo monte ſancto meo.

Chriſtianus.

At mihi recta uideẽ hæc expoſitio, cum & rabi Moſes Aegyptius ſcribat in lectionibus ſuper librum Iudicum in hunc modum: Non aſcendat ſuper cor tuum, quod in diebus Meſchię immiuaẽ quicquam de curſu huius mũdi, aut innouetur tunc aliquid de operibus ſex dierum: ſed mundus habebit tunc ſucceſſionẽ ſuam inſtar modernæ ſucceſſionis. Sic quoque huius loci,

habitabit

habitabit lupus cum agno &c. hic eſt ſenſus, quod Iſraël habitabit ſecurus cum impijs mundi, qui comparantur leonibus, lupis & pardis. Denique tempore Meſchiæ notum erit omnibus, ob quam cauſam iſtæ ſimilitudines dictæ fuerint & quid per eas ſignificet. Hactenus memoratus rabi Moſes. In hunc quoque modum appellauit Iacob Iehudam catulum leonis, & Iſachar uocauit aſinum oſſeũ, & Biniamin lupum &c. Sed reuertamur ad prophetiam. *Iudæus.*

In diebus Meſchiæ erit pax per uniuerſum mundum, ſicut ſcriptum eſt: Et contundẽt gladios ſuos in uomeres & c. neque leuabit gens contra gentem gladium & non diſcent uſum prelij. Poſſumus etiam dicere, naturam beſtiarum non mutandam, ſed lacerabunt tunc carnes ſicut modo faciunt: at dominus tutam faciet terram Iſraël, quod beſtiæ malæ non nocebũt in ea, ſicut ſcriptum eſt: Non nocebũt neq; noxiæ erũt in uniuerſo mõte

ſancto meo, cuius ratio aſſignat̃, quia plena eſt terra ſciẽtia domini. Et quoniam Iſraẽlitæ boni erunt & cuſtodiẽt uiã domini, nõ habebit in eos aliquod dominiũ beſtia mala neq; in iumẽta eorũ aut in aliã quãcumq; rem, ſicut dominus id promiſit per Moſen pręceptorem noſtrum: Et arcebo beſtiam malam de terra: & ſi etiam pertranſierint eam non nocebit. Et Rurſum dixit: Quoniam leo ut bos comedet palea: ſiquidem non rapiet carnem iumenti in terra Iſraẽl, etiamſi non inuenerit cadauer. Et ludet infans & c. Inimicitiæ enim ſerpentis ab initio creationis contractæ, auferentur in diebus Meſchiæ per uniuerſam terram Iſraẽl: quin & cuncto populo Iſraẽlitico, per quemcunq; tranſierit locum, non nocebit ſerpens aut aliæ beſtiæ malæ.

Chriſtianus.

Habebit ne Meſchias ueſter uxorẽ & liberos?

Iudæus.

De hoc ita ſcriptũ inuenitur: Filiæ regum in honoribus tuis: aſtitit uxor ad de-

ad dexteram tuam in corona aurea: hoc est, inter nobiles uxores quas habebit Meschias, erunt filiæ regũ: quia omnis rex gentiũ ducet sibi pro magna gloria, si dederit ei filiam suam in uxorẽ. Sed dicit Psaltes: Astitit uxor. Licet enim filiæ regum numerentur inter uxores eius, tamen regina, quæ erit ex Israẽlitis, illa sedebit ad dexteram eius in corona aurea, & ea uocaẽ proprie concubina, eo quod illa unice & continuo sit addicta concubitui eius: aliæ autem accedent ad eum temporibus certis, quãdo scilicet singulas uocauerit in tempore suo ut ueniãt ad regem: at regina uxor eius iugiter uersabitur in cõclaui & cubiculo eius. Porro de filijs eius sic scriptum est: Videbit semen quod prolongabit dies, & desiderium domini prosperabitur in manu eius. *Christianus.*

Hui tu excœcate Iudæe, non erubescis talia loq de sanctissimo Meschia, quasi ipse cor suum traditurus situolu ptatibus carnalibus, habiturus plures

uxores, cũ prophetæ de eo cecinerint, quod ipſe uenturus ſit ut auferat à nobis peccata noſtra. En corruiſti ſicut cœcus in meridie, & ſeducis pręterea alios Iudęos cũ expoſitione tua. Omnia iſta intelligenda ſunt figuratiue. Nam uxor p̃cipua eſt cõgregatio illa hominum fideliũ credentiũ in ſalutẽ Meſchiæ, & filiæ regum ſunt nationes gentiũ, quæ uenerunt ad credendum in Chriſtum: & de hac eccleſia Chriſti ſpõſa, loquitur Salomon in Canticis.

Iudæus.

Sunt etiam quidã inter rabinos noſtros, qui exponũt memoratũ uerſum allegorice fermè ſicut tu feciſti, niſi q̃d intelligunt per ſponſam immaculatã ſynagogam Iſraël.

Chriſtianus

Quid autem ſentiunt rabini ueſtri de morte Meſchiæ; nunquid uicturus eſt ſemper aut morietur poſt multum temporis more aliorum hominum.

Iudæus.

Magnus

Magnus doctor noſter Moſes filius Maimon dicit Meſchiam quidem moriturum & filium eius poſt ſe regnaturum, filiumq; filij poſt filium in regno ſucceſſurũ. Viuet tamen Meſchias plurimis diebus & tandem morietur in magna gloria, & hæreditabit imperium eius filius eius, & poſt illum nepos eius &c. *Chriſtianus.*

Neq; tu neq; filius Maimon intelligitis uirtutem dei & myſterium ſcripturę ſanctæ. Nam licet Meſchias moriturus eſſet, erat moriturus propter peccata noſtra, quia ipſe flagellatus & percuſſus à deo, afflictusq; & uulneratus fuit propter impietates noſtras, atque contritus propter peccata noſtra: caſtigatio pacis noſtræ ſuper eum fuit, & in liuore eius ſanitas contigit nobis. Omnes nos uelutioues errauimus ſinguli uijs ſuis proſpeximus, dominus autem feçit concurrere in eo omnes iniquitates noſtras. Vim paſſus eſt atque afflictus, & tamen non aperuit os ſuum,

quaſi

quasi agnus ad mactationem ductus est,& ueluti ouis,quæ coram tonsoribus suis obmutescit,sic ille non aperuit os suum. A` magistratu & consistorio subductus est,& generationem eius quis explicabit? Et quidem de terra uiuentium sequestratus est, & propter iniquitatem populi mei pœna uenit super eum. Posuit denicq; cum impijs sepulchrũ eius & cum diuite mortem eius,etiam cum nihil iniquum fecerit, nec fuerit dolus in ore eius. Voluit dominus conterere eũ atque infirmum facere, ut si poneret animã suam pro hostia delicti,uideret semen quod prolongaret dies, & uoluntas domini in manu eius prosperata est. De labore animæ suæ uidebit fructum eritq; satietas in cognitione eius, & ipse iustus seruus meus iustificabit multos,quorum iniquitates ipse portabit. Et propterea ego in multis decernam ei portionem,ut cum robustis diuidat spolia, eo quod effuderit in mortem animam suam atq; cum iniquis numerа-

meratus fuerit, tuleritqúe peccatum multorum & pro iniquis interceſſerit. Vides hic quid dixerit Iſaias propheta de morte Meſchiæ, quomodo mortuus fuerit ,ppter peccata noſtra, quatenus ſaluaret animas noſtras, introduceret q̃ nos in regnũ cœlorum, & uideret ſemen quod prolongaret dies: & uere uoluntas domini proſperũ habuit in manu eius ſucceſſum, cũ nomen eius ſit magnificatũ in uniuerſa terra,& uos q occidiſtis eum diſperſi eſtis per omnes regiones. Domus ueſtra deſolata eſt,& uos facti eſtis ex populo dei non populus dei, et ex peculio dei abominatio in oculis dei atq̃ ex filiſs dei filij Belial. E diuerſo uero qui credunt in deũ & in Chriſtũ eius, hi ſunt populus, peculiũ & filij dei, atque ipſi nunquam uidebunt mortem, quoniam poſt mundum iſtum non erit peccatum, & per conſequens nec mors quæ eſt pœna peccati.

Iudæus.

Magiſtri noſtri longe aliter loquun

tur

tur de rebus istis. Nam dicunt tempo-
re Meschiæ implendam terram cogni
tione dei, propter uberrimam effusio-
nem dei qua tunc sese mundo inclina
bit: nec corrumpetur tunc fides, neq;
transferetur homo nisi ad bonũ & ad
perfectionem. Verisimile quoque est,
quod tunc non resurgent mortui nisi
qui iusti fuerint. Impñ manebunt in
morte, paucis exceptis. Et certe uidi-
sti nunc, quod innumera miracula fiẽt
tempore Meschiæ, quemadmodum ti
bi explicaui, & quoniam ista nondum
omnia cõtigerunt, nos non credimus
in Christum uestrum, sed expectamus
redemptorem nostrum, nec despera-
mus, quamtumlibet magnæ & multæ
tribulationes occurrant nobis in mo-
derna captiuitate.

Christianus.

Plurimum erras cum rabinis tuis.
Nam omnia illa mirabilia, de qbus mi
hi dixisti, iam impleta sunt, paucis ex-
ceptis, q̃ fient in aduẽtu Christi secun
do, hoc est, in fine mũdi, quãdo uẽtu-
rus

rus est Christus ad iudicadū uiuos & mortuos. Siquidē Christus noster resuscitauit mortuos quosdam à morte corporali, & quosdam à morte spirituali. Ablata est hodie idololatria ex mundo, & terra plena est cognitione domini: quoniā omnes populi confitentur hodie deum unum. Ambulant modo populi multi ut intrēt in domū dei Iacob, quæ scilicet est ecclesia credentium in Christum. Hodie habitat lupus cū agno, hoc est, impius & raptor cum mansueto, & non nocet illi. Fuit quoq; pax per uniuersum mundū in illis diebus quando natus est Christus noster: quoniam uir unus, nempe Octauianus, tunc regnauit super uniuersum orbem pacifice, & in futuro seculo erit pax sine fine. Iam apertæ sunt portæ Ierusalem, hoc est, ecclesia fidelium aperta est, & poterit ingredi omnis homo utriusq; sexus, uir & mulier, senex & puer, diues & pauper, Iudeus et gētilis, quicūq; uoluerit. Est etiā ꝑparatus mōs domus domini

in

in uertice montium & eleuatus ſuprà colles. Hodie in Ieruſalem inter crẽdentes non auditur amplius uox fletus & uox clamoris, quoniam habent hic conſolationem, expectantq; in futuro ſeculo gaudium, quod nunquam auferetur ab eis. Ibi uiuent homines nō quingentis tãtum aut mille annis, ſed in ſecula ſeculorum.

Iudæus.

Ego non intelligo uerba tua, quoniam loqueris figuratiue & non ſecũdum literam ſcripturæ.

Chriſtianus.

Hoc eſt ꝙd dixit dominus per prophetam: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum & aſinus preſepe domini ſui, Iſraél autem nihil cognoſcit, & populus meus nihil intelligit. Sed & Moſes dicit: Percutiet te dominus amentia, cæcitate & ſtupore cordis, palpabisq; in meridie ſicut palpat cæcus in caligine, & non proſperas facies uias tuas.

Iudæus.

Hæc eſt pœna qua nos caſtigat deus,

us propter peccatũ noſtrũ, ſed nõ pro
ñciet populum ſuum in æternum.

Chriſtianus.

Quod eſt autem illud peccatum ue
ſtrum, propter quod exilium illud, d
iam poſt domũ ſecundam tamdiu ſu
ſtinetis, tantum prolongatur ultra exi
lium domus primæ? cum ſatis conſtet
de grauitate ſcelerum quæ fecerunt re
ges Iehuda, & tamen propter ea non
fuit tempus exilij prolongatum niſi
quinquaginta duobus annis: in do/
mo aũt ſecunda non coluerunt idola,
& nihilominus captiuitas durat mira/
bili longitudine.

Iudæus.

Reſpondeo tibi ſuper hoc dubio in
hunc modum. Peccata quæ cõmiſe/
runt tẽpore domus primæ grauiſſima
quidem fuerunt, ut etiam tunc decre/
tum fuerit, quod templum ſecundum
nõ ſtaret niſi ſeptuaginta integris heb
domadibus, & deinde rurſum luerent
pœnam, ferrentq; iniquitatẽ patrum
ſuorum uſque ad finem redemptionis

quemadmodum id explicatur in fine Danielis, quod præſens captiuitas in qua iam ſumus, eſt propter peccata q̃ commiſerunt Iſraëlitæ ante captiuitatem Babylonicam.

Chriſtianus.

Vana eſt hæc reſponſio tua. Siquidem filius non portabit iniquitatem patris ſui, ſi non fuerit imitator paterni ſceleris. Sed uolo audire quid Daniel dicat de iſta captiuitate.

Iudæus.

En loquitur in hunc modum. Beatus qui expectat & peruenit ad dies mille, trecentos, & triginta quinq;. Eſt autem annus quaſi dies longus, & rurſum dies eſt annus paruus. Inuenitur etiam locus quidã in terris, ubi totus ferè annus nõ eſt niſi dies unus: exempli gratia, eſt locus ubi dies occupat ſex menſes, & reſiduum tẽporis nox ſibi uendicat: ibi iniquam annus conſtat uno die. Sic Daniel uocauit dies annos, quoniam uoluit quod ſermones eſſent clauſi & ſignati.

Chriſtia-

Christianus.

Et quando consummabit memoratus numerus 1335?

Iudæus.

Sunt qui dicunt numerum illum extendi usque ad annum mundi 6118. (*qui scilicet est annus Christi* 2367.) Nam primum supputauerunt dies mille, ducentos & nonaginta usque ad tempus illud quando posuerunt abominationem desolationis post deuastationem templi iuxta uerba Danielis: & postea cœperunt numerare dies 1335. At qui nos precesserunt non acceptauerunt hanc supputationem, sed unusquisque sategit ut inueniret computum aliquem, qui quadraret pro diebus suis. Et in hunc modum inuenies apud rabinos nostros bonę memorię, multos & uarios terminos, qui tamen omnes transierur .Fuerunt enim solliciti ut inuenirent terminũ aliquem propinquum, ne desperarent uulgares homines ob suspensam redemptionem.

Christianus.

Et sic perpetuo seducunt uos rabini uestri dicentes: ecce illo tempore ueniet Meschias, & cũ illud defluxerit rursum dicunt, illo tempore ueniet. Quousq; credetis uerbis illis mendacibus? En non est uobis spes ulla, & salus ipsa elongata est à uobis. Sed & deus recessit à uobis, & nullam habetis consolationem, non prophetã neque uisionem: propterea conuertimini & agnoscite saluatorem uestrum et saluatorem nostrum, dominum nostrum Christum.

Iudæus.

Neq; à principio templi secundi habuimus prophetam aut uisionem, sed in diebus illis quando Meschias cœperit germinare, tunc multiplicabuntur prophetiæ & uisiones. Tempore autem isto signata est omnis uisio & prophetia: nam finis uisionis prophetarum totus respicit germinationem regni Meschiæ. Quando ille uenerit, habebimus ingentes consolationes, ita quod omnes dies captiuitatis nostræ

ſtrę reputabuntur ueluti exiguum mo mentum, ſicut ſcriptum eſt: momen to exiguo dereliqui te, & in miſeratio nibus magnis congregabo te.

Chriſtianus.

Ab oculis ueſtris clauſa eſt uiſio at que prophetia ſed non ab oculis no ſtris, quia nos omnes docti ſumus à domino, & reuelata ſunt nobis myſte ria regni dei. Quod ſi & uos uolueri tis credere in dominū noſtrum Chri ſtum, poteritis quoq; intrare in regnū dei.

Iudæus.

Non poſſumus credere in Chriſtū ueſtrū, quia ille fuit magus, & omnia miracula eius fuerunt facta arte magi ca, et idcirco iudicatus eſt ad mortem, ſicut præcepit nobis deus. Et quoniã uiolauit ſabbatū, dixitq; ſe eſſe deum, ideo occiderunt eum Iudæi.

Chriſtianus.

Tace nebulo & noli ſic conuiciari ſaluatori noſtro: ſed ſi uolueris alio tempore ueniam ad te ut loquamur amplius de hac re. Quis ſcit, agno

ſces fortaſſis ueritatem & ſuſcipies euangelium noſtrum.

Iudæus.

Placet mihi ut ſecundum libitum tuum uenias ad me, at de auangelio ueſtro nihil dixeris mihi.

Chriſtianus.

Caue tibi & ne dixeris auangelion ſed euangelium, quia eſt manifeſtatio bonitatis diuinę, quę uenit ad nos per Chriſtum redemptorem mundi. Sed quare tu recuſas audire euangelium, & quare fugis lucem & uis ſedere in tenebris? Nonne ſcriptum eſt de luce euangelij: Populus qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam, habitantibusq; in terra umbræ mortis, lux fulſit eis.

Iudæus.

Hæc eſt ratio quare nolo audire, quod Ieſus ueſter Meſchias fuit homo malus & ſermones eius fuerunt conficti, & deus glorioſus uidit quod ſeducturus eſſet mundũ uenditurusq; ſe pro

ſe pro deo, & ob id dixit deus quod morerentur homines, Ieſus autem ſuſpenderetur in cruce, ut ſic omnes mundum ingreſſuri uiderẽt illum non eſſe deum. Quin & nullus prophetarum uaticinatus eſt ab eo tẽpore, quo crucifixus ille fuit ſuſpenſus, nullus ex Iſraël, nec ullus ex nationibus, quia ſpiritus mendax uſque adeo preualuit in mũdo, ut ſpiritui prophetico nõ eſſet locus. Sed & nos ſuſtinemus omnes tribulationes iſtas & longiſſimã iſtã captiuitatem, propterea quod natus eſt uir ille malus ex nobis & in terra noſtra, qui ſemetipſum fecit deum & ſeduxit uniuerſum mundum.

Chriſtianus.

Omnia iſta mala quæ uos Iudæi ſuſtinetis, nõ uenerũt ſuper uos propter Chriſtum noſtrum, quod ille dixerit ſe eſſe deum atque filium dei, ſed magis ob id quod patres ueſtri occiderunt & crucifixerunt eum, hominem ſanctum & iuſtũ, ſaluatorẽ mũdi,

qui non fecit malum, nec inuentus est dolus in ore eius. En uirum istum sanctum occiderunt patres uestri, numerauerunt q̃ eum cum iniquis, & factū illud uos approbatis in hunc usq̃ diem, & propterea nunquam inuenietis gratiam in oculis dei, nisi conuersi fueritis de uia ista pessima & agnoueritis dominum nostrum Iesum Christum, quem uos contemptim appellatis Ieschum. Nisi in eū credideritis, omnes peribitis descendetisq̃ ad infernū. Ecce prędixi uobis. Non inuenietis salutem aliam in cœlis & in terra, atq̃ ob id quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Derelinquite cor uestrū incredulum & conuertimini ad dominum & miserebitur uestri, ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendū. Non eritis sicut patres uestri, qui induraverūt facies suas supra petrā, nolentes reuerti ad dominū, sed inique egerūt cōtra dominum deum patrum suorum, qui & tradidit eos in deuastationem,

sicut

ſicut id uidetis in hunc uſq; diem. Ne quæſo induraueritis ceruicẽ ueſtram ſicut feciſtis hactenus, ſed date manũ domino, et agnoſcite Chriſtũ, miſſum in ſalutem omniũ hominum, qui crediderint in eum. Miſericors & clemens eſt dominus deus noſter, qui nõ auertet faciem ſuam à uobis, ſi conuerſi fueritis ad eum.

Iudæus.

Nunquam id perſuadebis, ut ſuſcipiam fidem ueſtram, credamquẽ in Chriſtum ueſtrum, quoniam id quod uos creditis nulla ratio poteſt capere, neque ullus homo intelligere. Quomodo enim credam quod creator cœli & terræ & omnium quæ in eis ſunt cõcluſerit ſe in uterum Iudææ puellæ, creuerit nouẽ menſibus, natusq; fuerit paruulus, & poſtea augmentum ſuſceperit, traditusq; fuerit in manũ inimicorũ ſuorũ, qui cõdemnauerint eũ iudicio mortis, interfecerint eum in cruce, & uos poſtea dicitis creditisq; &d reuixerit redieritq; ad priſtinum ſuum

ſtatum? Id nõ capit mens iudaica nec ullus homo, propterea ínaniter profunditis uerba ueſtra, quandoquidem illa ueritatis nullam preſeferant ſimilitudinem. *Chriſtianus.*

Neſcis tu, deo nihil eſſe impoſſibile? Certe omnia quæ tu iam cõmemoraſti habentur in prophetis, ſed tecta uerborũ inuolucro. Sic enim dicit *Iſaias*: Ecce uirgo imprægnata pariet filium, & uocabis nomen eius Immanuel. Et in alio loco dicit: Ipſe uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & cõtritus ꝓpter ſcelera noſtra: caſtigatio pacis noſtræ ſuper eum, & in liuore eius ſanati ſumus & c. Vides nequam mirabilia dixerit propheta de Meſchia, & ea omnia impleta ſunt in Chriſto noſtro? Rurſum audi quid dicat idem propheta: In die illa erit germen domini in magnificentia & honore, & fructus terræ erit in ornatum & decorem Iſraëlis. Vbi Ionathan in hunc modum Chaldaice eſt interpretatus: In tempore illo erit Meſchias

Meſchias domini in gaudium & ho-
norem. Ecce Meſchias uocatur Ger-
men domini, id eſt, filius dei, ſicut &
in Ieremia dicitur germen Dauid: ille
enim ſic ait: In diebus illis & in tempo
re illo faciam germinare ipſi Dauid
iuſticiam: ubi Ionathan Chald. inter-
pres ſic ait: In diebus illis & in tempo
re illo ſuſcitabo ipſi Dauid Meſchiam
iuſticiæ: Vides nunc quod creator po
tuit ferre paſſiones, non in natura diui
na ſed in humanitate quam aſſumpſit
in unitate perſonæ.

Iudæus.

Mirabilia ſunt iſta. Et quid quæſo
fecit ille Ieſus ueſter, aut quid opus fu-
it ut naſceretur ex muliere? Quare ſu
ſtinuit omnes paſſiones illas & affli-
ctiones, quas ei intulerunt patres no-
ſtri?

Chriſtianus.

Nonne iam dictum eſt, quod ipſe
uulneratus eſt propter ſcelera noſtra?
Omnes nos ueluti oues errauimus, ſin
guli ad uias ꝓprias oculos uertimus,

&

& dominus fecit concurrere in eo om-
nium noſtrum iniquitates.

Iudæus.

Quidam ex magiſtris noſtris dixe-
runt, Meſchiã nullas alias habere paſſi
ones, quàm internam quandam angu-
ſtiam & cruciatum, quo ſcilicet ab in-
tra affligitur, quod aduentus eius uſq;
adeo differtur, & uidet interim populũ
ſuum in captiuitate cõſtitutum, & ipſe
non ualet ſuccurrere eis atque liberare
eos, ſed nunquam tradetur in manum
hoſtium ſuorum, ſicut uos aſſeritis.

Chriſtianus.

Abalienati ſunt Rabini ueſtri à uen
tre, errauerũt ab utero loquentes men-
dacium, & obſtruẽtes aures ſuas inſtar
ſerpentis ſurdi, ne audiant ueritatem.
Deſierũt recte & prudenter intellige-
re, & ob id abiecit eos deus, & excæca-
uit oculos eorum, ſicut ſcriptũ eſt: Va-
de & dic ad populum iſtum: audite au
dientes & nolite intelligere, uidete ui-
dẽtes & nolite cognoſcere. Impingua
cor populi huius, & aures eius aggra-
ua,

ua, atq; oculos eius obline, ne forte uideat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuersus sanetur. Ecce secundum prophetiã istam euenit uobis Iudęis: quia patres uestri uiderũt mirabilia opera quæ fecit Christus noster, & noluerũt intelligere. Audierunt doctrinam eius, & non potuerunt redarguere eum, & tamen obturauerũt aures suas, quin & uos usq; in hodiernũ diem testificamini, & approbatis opera eorũ, & propterea frustra expectatis aliũ Meschiã. *Iudæus.*

Si Christus uester est deus & uerus Meschias, quare occultauit se in ipsa carne, & quare nõ uenit in manifesto, innouãdo legem suam, & dando eam publice? Sic enim homines suæ ætatis non errassent, neq; impingerẽt qui ueniunt post eum in hunc mundum. Debuerat facere opera sua in publico, quatenus omnes crederent in eum, potissimum ingens illa multitudo quã perdidit propter suam occultationem, & priuauit redemptione. Nam ob illã occultationem

tationem ſegregati ſunt ab eo, & non crediderunt in eum.

Chriſtianus.

Neſcis quid dicis. Nonne oſtendit uerbis & factis talia miracula, qualia nullus alius fecit, quod eſſet Meſchias & redemptor mundi, & tamen patres ueſtri dixerunt quod in Baalzebub & in poteſtate dæmonum, hoc eſt, per magicam artem fecerit omnia iſta, mentientes in caput ſuum? Ecce deus miſit filium ſuum unicum in puriſſimum uterum uirginis, ſicut ante Iſaias prædixerat, factusq; eſt intra eam homo, & natus ex ea ſine dolore & anguſtia eius, idq; per miraculum, longe ſcilicet aliter quàm aliæ parturiunt mulieres: & id nō fuit impoſſibile, cum omnia quæ longe ſuperāt facultatem hominis deo ſint poſſibilia, & per potentiā eius creari poſſit corpus intra corpus, uiuificariq; ſpiritu. Potuit quoq; & uoluit deſtinare uerbum ſuum glorioſum intra puram uirginem, ut intra eam incarnaretur, naſceretur q; ex ea ſine ulla anguſtia

ſtia

ſtia & dolore, & ſicut intrauit in eam, ſic exiuit ex ea, manſitq; illa uirgo ante & poſt partum. Puer autem ille, qui & deus glorioſus, ambulauit ſuper terrã triginta tribus annis, ut ſcilicet hominẽ ſaluaret, ſiquidem miſſus fuit ad filios Iſraël, ut illos redimeret, ſed quia fuerunt populus duræ ceruicis, & noluerunt ſuſcipere eum, neque aduerterunt omnia ſigna qualia nullus mortalium unquam fecit, uenerunt gentes & ſuſceperũt eum, cum amore, elegitq; eos deus benedictus loco Iſraëlis in populum peculiarem, & ipſi facti ſunt filij Abrahã propter fidem ſuam, quia Abraham eſt pater fidei & credẽtes in deum, ſunt filij Abrahæ. Iſte itaq; fuit Meſchias ille, ſup quo uaticinati ſunt prophetæ, ambulauitq; in terris triginta annis priuſquam innoteſceret his qui fuerunt in mundo. Mox autẽ poſt tempus illud manifeſtauit ſe Iſraëlitis, quod ſcilicet ipſe eſſet Chriſtus domini, fecitq; ſigna & miracula, qualia nullus prophetarum unquam fecit, oſtendens uni-

uniuerſo mundo ſe ueniſſe ut redime/
ret hominem à peccato, ſicut ſcriptum
eſt: Ipſe uulneratus eſt propter ſcelera
noſtra: percuſſitq; nobiſcum fœdus
nouum, iuxta illud quod dictum fue/
rat in Ieremia: Ecce dies ueniunt dicit
dominus, & percutiam cum iſraël &
cum Iehuda fœdus nouum, & non ſe/
cundum fœdus quod pepigi cum pa/
tribus eorum, quoniam dedi legẽ me/
am in medio eorum &c. Conſtat itaq;
ex ſententijs iſtis quod dominus per/
cutere uoluit cum Iſraëlitis fœdus no/
uum & non ſecundum fœdus illud
quod percuſſit cum Abraham, quan/
do ſcilicet inijt cum eo pactum ut cir
cuncideretur omnis maſculus, ſed fœ/
dus iſtud fuit aliud fœdus, nempe bap
tiſmus in quo uirtute paſſionis Chri/
ſti homini remittit̃ omne peccatum,
& ſignum ſeu ſacramentum illud eſt
commune maſculo & fœmellę. Dedit
pręterea eis legem nouam poſtquam
impleta fuit lex Moſaica, quoniã lex
Moſi data fuit tãtum ad tempus, ſicut
ſcriptum

ſcriptum habes in Thalmud in tracta
tu idololatriæ, ubi dicitur, quod lex
non eſt data niſi ad duo milia annorũ.
Sic enim dicũt patres bonæ memoriæ,
q̃d mundus debet durare ſex milibus
annorum: duobus milibus debuit eſſe
uacuus & informis, quod ſcilicet poſt
duo milia annorum dari debuerat lex
Moſaica. Duobus millibus debuit ſta
re ſub lege, & duobus millibus ſub
Meſchia, deinde debet redire ad ſuam
informitatem. Traſierunt autem iam
duo milia annorum legis, & præterea
multi ſupra mille, & nondum uenit
Meſchias, ſicut uos Iudæi dicitis. Eſt
& aliud indicium quod lex Moſaica
data eſt ad tempus, quoniam dicit pro
pheta: Recordamini legis Moſi ſerui
mei. Non dicit, facite legẽ Moſi, qua-
ſi dicat: Tempore Meſchię recordami
ni legis Moſi, quod ſcilicet tũc imple-
buntur omnia quę ſcripta ſunt in lege
Moſi de Meſchia. Nam oblationes &
ſacrificia boum & ouium pręfiguraue
runt ſacrificium Meſchiæ, quando du

ctus fuit ad uictimã, & ueluti ouis quæ coram tonſoribus ſuis obmuteſcit, nõ aperuit os ſuum, ſed ſanguine ſuo lauit nos à peccatis noſtris, expiauitq; ſcelera noſtra. Nunc itaq; uerto me ad uos ò Iudæi. En uos oratis ueſpere & mane in omnibus orationibus ueſtris, ut mittatur uobis Meſchias atq; redemptor, & ſtatis in feſto propitiationis à ueſpera uſque mane clamantes & orantes toto corde ueſtro, & uirtute ueſtra ad dominum, ut uos exaudiat, mittatq; uobis Meſchiam, ſed nulla eſt rei mutatio, nemo eſt qui intelligat orationes, aut qui aperiat portas cœlorum, ſuſcipiatq; uos de uita, & multo minus qui mittat Meſchiam ueſtrum, imo ut plus quippiam dicam, nihil uidetur, nihilq; auditur, nulla eſt uox aut uiſio quæ denunciet uobis aduentum Meſchiæ. Et ecce proprietas dei benedicti eſt, ut exaudiat preces iuſtorum, & impoſſibile eſt iuxta aſſertionem ueſtram, qui dicitis fidem ueſtram eſſe ueram, quod

non

non fuerint iusti aliqui in omnibus ge-
nerationibus istis quæ fuerunt à diebus
desolationis templi usque in præsens,
quod deus benedictus non exaudie-
rit orationem eorum, miserit q̃ eis Me-
schiam propter merita eorum, aut non
reuelatum fuerit eis signum aliquod,
aut ostensa uisio, aut percepta uox, un-
de haberi posset aduentus eius indici-
um. Præterea ob quam causam puta-
tis Meschiam in tantum differre aduen
tum suum, quod nõ redimit uos? Quo
modo uidere potest in tẽpore illo tam
prolixo tribulationes uestras, quas in
isto exilio sustinetis, & non liberat uos
de tribulationibus uestris, nec̃ facit iu-
diciũ in hostes uestros? Quare permit-
tit uos sic uagari per deuia, uelutí oues
quæ sunt sine pastore, & non habetis
ullam certam mansionem? Quare ab
iecit uos à se iam tot annis, & non re-
cordatur uestri in bono? Certe cum
ipse olim castigaret patres uestros pro-
pter iniquitatem ipsorum, mox postq̃

cõfessi sunt & orauerunt atq; humilia uerunt se corã illo in captiuitate, mox inquam eripuit eos, quamtumlibet etiam idololatriam cõmisissent & deliquissent in legem Mosi, uiolassent sabbata atq; solẽnitates, dissoluissent fœdus Abraham, his inquam non obstantibus cum resipiscerent & confitentur peccata sua, ilico exaudiuit preces eorum, pœnituit illum inflicti mali, liberauit eos atq; per singulos dies misit ad eos Prophetas qui consolarentur eos in exilio suo, etiam cum antea constaret eis de fine captiuitatis, quod scilicet non forent in captiuitate nisi septuaginta annis. Presens aũt captiuitas iam plongata est ultra mille & quingẽtos annos, & certum est quod non coluerunt idola in domo secunda, neque fecerũt uel unam ex illis transgressionibus quas fecerunt in domo prima, sed neque in ista captiuitate deprehenditur aliquis qui colat idola, sicut fecerunt in pristinis diebus,

diebus,& tamen non apparet aut innoteſcit ulla conſolatio nel uox alicuius oraculi. Quod eſt igitur peccatum illud ueſtrum, propter quod captiuitas iſta poſt domum ſecundam tam longe durat ultra captiuitatem domus primæ, niſi quod noluiſtis acceptare & audire Meſchiam ſaluatorem cum ille ueniſſet ad terram ueſtram, ſed perſecuti eſtis eum uſque ad mortem, etiam cum uidiſſent patres ueſtri mirabilia & terribilia opera eius, qualia nullus homo unquam fecit, tamen noluerunt credere in eum. Et propterea neque eis neque uobis ulla unquã fiet propiciatio, ſed proiecti iacebitis in tenebris & umbra mortis, peribitiſqué in æternum, niſi conuerſi confiteamini illum. Menſura pro menſura.

Iudæus.

Captiuitas iſta durabit uſque ad finem redemptionis ad expiãdum peccatum patrum noſtrorum, ſicut decla

ratur in fine Danielis: Beatus qui exspectat & peruenerit ad dies mille, trecentos & trigintaquinque. Per dies intellige annos: quasi dicat, propter peccata quę peccauerunt in domo prima ante captiuitatem Babel expectandum est memoratum tempus &c.

Christianus.

Iam dixi, magnum errorem esse inter uos, ut putetis filiũ portare iniquitatem patris sui, etiam si non peccauerit peccatũ eius, cum aperte scriptum sit: Non morientur patres pro filijs &c. Et Rursum scriptum est: Visitans iniquitatem patrum in tertios & quartos odientium me: ubi uult, quod deus non uisitat iniquitatem nisi in quartam generationem: & quot putas mille generationes transierunt usque ad præsens tempus? Ecce p̃terierunt modo à tempore destructionis templi & ciuitatis nedum mille, trecenti & triginta quinque anni, uerum multo plures, & patres uestri expectauerũt Meschiam

schiam sub finem illorum annorum, sic enim exposuerũt memoratum Danielis locum, & tamen Meschias uester nondum uenit neque transtulit à uobis pœnas captiuitatis istius longissimæ.

Iudæus.

Prolongatur quoq; captiuitas ista propter transgressionem quam fecerunt Israëlitæ in domo secunda, facientes scilicet semetipsos deos, sicut fecerunt Iesus, Apostoli & alij sancti, qui omnes fuerunt Iudæi & peruerse exposuerunt prophetarum dicta de Iesu & constituerunt eum ueluti perpetuum idolum, ob id Israëlitæ fere perpetuantur in captiuitate ista tam longa.

Christianus

Certe nemini non constat, quam grauissime peccauerint reges Iudæorum & Israël in domo prima, qui etiam constituerunt sacerdotes pro colẽdis idolis, & uerũ dei cultũ pœnitus

